

~~D. W. 14~~

EX BIBLIOTH.

NATIONIS HUNGAR.

I

VITEBERG.

C. 224.

SIGNAT. CLVCCCXIII.

X2610 879



I. N. I.

COLLEGIUM GEMINUM,

Nimirum

P R I M U M

ANTIPHOTINIANUM,

XXII. DISPUTATIONIBUS,

ALTERUM vero

NOVIS OPINIONIBUS,

Quibus hodie Ecclesia Christi turbatur,

oppositum,

XII. DISPUTATIONIBUS,

*Utrobique per quaestiones, additâ semper sive affirmâ-
tione, sive negatione orthodoxâ, propositis,*

In Usum

STUDIOSÆ JUVENTUTIS,

Brumali hoc Anni 1655. semestri, in Academiâ

Hasso-Gissenâ almâ,


Ventilatum, explicatum & pertractatum

ii

PETRO HABERKORNIO, S. Th. D.

Professore Publico & Ordinario, Pastore &

Superintendente Gissensi.



G I S S Æ,

Typis CHEMLINIANIS, 1655.

1655 Globus 2: mo

COLLEGIUM GE...


ANTHONY BUN...

NOTES OF...

STUDIOS...

S
ci
E
I
D
E
R





Serenissimi atq; Celsissimi Prin-
cipis ac Domini, DN. GEORGII, Hassiæ
Landgravii, &c, Domini mei Cle-
mentissimi,

*Eminentissimo, Nobilissimo &
Perstrenuo ProPrincipi & Consiliario in-
timo & gravissimo,*

DN. OTTONI

HARTMANNO à Schlitze /
dicto à Görz / &c,

Domino atque Fautori meo me-
ritò colendo & magnificiando,

*Salutem omnigenam, è Salutis fonte,
Christo Jesu, toto pectore
comprecor.*

**Eminentissime, Nobilissime atq;
Perstrenue Dn. PROPRINCEPS, Domine
atque Fautor multis nominibus mihi
suspiciende, &c,**

Postquam

DEDICATIO.

DOSTQUAM Academia
Hasso-Gissena, Sere-
nissimi ac Celsissimi
Principis ac Domini,
Dn. GEORGII, Hassiae Landgra-
vii &c, Domini nostri Clementis-
simi, Religionis intemeratae ac Stu-
diorum Propugnatoris atq; Mece-
natis constantissimi, zelo nun-
quam satis laudando instaurata
fuit, non intermisi quolibet hucus-
que Semestri Studiosa iuventutis
profectus. Theologicos ita majora
ad incrementa pro virili per Dei
gratiam provehere, ut simul totius
Ecclesiae publico commodo, scriptis
publicis velificari annisus fuerim.
Ea de causa cum hoc brumali ela-

H. G.

DEDICATIO.

pro semestri Collegium duplex, alterum Anti-Photinianum, alterum verò Novatoribus modernis oppositum, Studiosorum Theologia gratiâ disputando habuerim, atq; Deo adjuvante feliciter & utiliter finiverim, volui quaestiones illas, succinctè delineatas, in Collegiis verò veritate salvificâ & sincerâ ex S. literis perspicuè monstratâ & roboratâ, postmodum dictando fusiùs explicatas, publicæ etiam luci donare, quò si placuerit, etiam alii fructum inde percipere, compendiis illis alibi uti, ab heterodoxiâ quasi in tabellâ, propositâ sibi cavere, orthodoxiæ verò adherere possint.

Cum a. dilectæ Patriæ, Hassiæ affa-

tim

DEDICATIO.

tim de Nobilissima Eminentia Vestra, Dn. Pro Princeps Magnifice Pietate atque Eruditione singulari, quin & Favore ut raro ita magnificiando, quo studium Theologicum, ejusq; cultores sinceros complectitur, constet; Hunc meum Academicum laborem merito Ipsius & Benevolentia & Pietati offerre & ceu publicum tam mea erga Illam observantia, quam conatus ^{τεμπνιου} insinuare volui, quo Gloriam divinam dilatate, Ecclesiam Christi augmentare inq; veritate confirmare, Academiamq; hanc Gissenam in dies, quantum in me est, celebratorem reddere, & Theologiae cultorum studia amplificare contendo.

DEDICATIO.

do. Propensione ergò illâ, quâ Studio Theologico ejusq̄ sinceriori tractationi addicta est, hocce meum munusculum, & serenâ fronte ut acceptet, enixè rogo, quin & Illam non ponderis in illo exiguitatem, estimaturam, verùm rerum in illo contentarum gravitatem pensi habituram esse, planè confido, Deumq̄ veneror, ut in Eminentiss. Vram Nobilitatem, totamq̄ Ejus familiam splendidissimam benedictionis suæ cœlestis munera abundantissima porrò conferre pergat, Amen!
Dab. Gissa d. 3. April. An. 1655.

Eminentissimæ Nobilitatis Vestræ

Colentissimus

PETRUS Haberkörn D.

* (1) *



CVM BONO DEO!
DISPUTATIONIS I.

IN
COLLEGIO ANTIPHOTHINIANO

Quæstiones,
De Photinianis in genere, & de notitiis
naturalibus,

Ad Veritatem eruendam propositæ.

Respondente ESDRA EDZARDO Hamb.

I.



N Photinianorum libri ab omnibus
pervolvi possint & debeant, sine om-
ni seductionis metu? Neg.

2. An Photiniani sint AntiChri-
sti impugnatores, an verò hæretici

nominandi? Post. affirm.

3. An Photiniani rectè & verè quemlibet pro
fratre recipere possint, qui modò Christum suum
Dominum & Salvatorem agnoscat, ipsius præce-
ptis obediat, religiosâq; cum obedientiâ honorẽ
& adoret? Neg.

4. An Photiniani moderni injuriosè & iniquè
dicantur Ebionitæ & Ariani? Negatur.

5. An Photiniani dici possint & debeant Chri-
stiani? Neg. cum Athanasio.

6. An homopossit S. Scripturam absq; speciali
Spiritus S. gratiâ & illuminatione, cum fructu in-
telligere? Neg.

A

7. An

2
7. An præter librum Scripture, famam & exte-
riorem revelationem, notitia Dei habeatur ex li-
bro Naturæ & Creaturæ, juxta Rom. 1. v. 19. seq.
c. 2. v. 14. seq. Psalm. 19. v. 2. Act. 14. v. 17. c. 17. v. 26.
seq. Sap. 13. v. 1. seqq. ? Affirmatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis II. AntiPhotinianæ

*De fide justificante, & pluralitate personarum
divinarum in essentiâ divinâ,*

Quæstiones:

Respondente M. MICHAELE SIRICIO Lubec.

1. **A**n fides justificans nihil aliud sit, quàm nudè
confidere Deo & Christo, eiq; obedientiam
(sc. legaliter) præstare? Negatur.
2. An hoc ipsum Photiniani probare possint ex
Psalm. 78. v. 21. 22. Dan. 6. v. 16. seq. Jon. 3. v. 5. Neg.
3. An fides justificans, seu vera fides in Deum,
sit ipse etiam assensus? Affirmatur.
4. An fidei veræ justificantis proprium & ge-
nuinum objectum sit justitia, & mors Christi satis-
factoria & redemptoria? Affirmatur.
5. An sex tantùm puncta de essentiâ divinâ no-
bis cognitû necessaria sint ad salutem consequen-
dam, quatenus sine illorum notitiâ Dei voluntari
non possumus obsequi, v.g. 1. Quòd Deus existat;
2. Quòd sit tantùm Unus; 3. Æternus; 4. Perfe-
ctè justus & bonus; 5. Perfectè sapiens; 6. Perfe-
ctè potens? Negatur.

6. An

6. An de illis ipsis punctis Photiniani rectè secundum S. Scripturam sentiant? Negatur.

7. An cognoscere, quòd in essentiâ Dei tantum una sit persona, ad salutem consequendam vehementer utile sit? Negatur.

8. An firmiter demonstrari possit, quòd plures sint personæ divinæ in essentiâ divinâ, 1. Ex voce Elohim ejusq; constructione in V. T. 2. Ex locutionibus Dei pluralibus, Gen. 1. v. 26. c. 3. v. 22. c. 11. v. 7. Esa. 6. v. 8. Joh. 14. v. 23. c. 3. v. 11. c. 10. v. 30. 3. Ex conjunctione pluriû personarû in opere divino, Gen. 48. v. 15. 1. Thes. 1. v. 1. c. 3. v. 11. 2. Cor. 13. v. 13. 2. Thes. 3. v. 16. 1. Joh. 1. v. 3. &c.? Affirmatur.

CVM BONO DEO!

Disputationis III. AntiPhotinianæ,

De SS. Trinitate,

Quæstiones:

Respondente BERTRAMO ISSELHORST
Flothâ Westphalo.

1. AN mysterium S. Trinitatis expresso & claro S. Scripturæ pñtatur? Affirmatur.

2. An in hoc tremendo Articulo, etiam collectionibus & consequentiis divinis liceat uti? Aff.

3. An mysterium illud solidè demonstrari & probari possit 1. ex 1. Joh. 5. v. 7. Joh. 10. v. 30.? Affir.

4. An 2. ex *θεοφωνεία* illâ apud Jordanè, Matt. 3. v. 16. 17. & in monte, Matt. 17. v. 5.? Affirmatur.


5. An 3. ex formulâ Baptismi, Matt. 28. v. 19.? Affirmatur.

A 2

6. An

6. An 4. ex Psalm. 33. v. 6. Esa. 48. v. 16. c. 64. v. 8. 9. 10. ? Affirmatur.

7. An mysterium Trinitatis contradictionem implicet, & seipsum evertat ? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis IV. AntiPhotinianæ.

De punctis nonnullis aliis mysterium S. Trinitatis adhuc concernentibus,

Quæstiones:

Respondente GEORGIO PHILIPPO Steinrück/
Ensa Waldecco.

1. AN SS. Trinitatis mysterium ex rationis ac philosophiæ regulis & effatis sit æstimandum, & dijudicandum ? Negatur.

2. An rationi regenitæ & renovatæ iudicium de SS. Trinitatis mysterio sit committendum ? Distinguitur, & si rationem regenitam & renovatam æstimes ex reliquiis corruptionis adhuc inhærentis, negatur.

3. An mysterium SS. Trinitatis sit contra rationem, & cum primis illam, quæ est ratio recta ? Disting.

4. An mysterium SS. Trinitatis, quod est verum in Theologiâ, falsum sit in Philosophiâ, & sic an unum idemq; possit esse simul & verum & falsum ? Distinguitur.

5. An firmiter demonstretur, quòd Spiritus S. nō sit nuda seu propriâ personalitate destituta virtus

5
tus Dei, sed vera & divina persona, quia 1. in S.
Scripturâ vocatur Deus, Deus Israël, Jehova, Do-
minus, Act. 5. v. 3. 4. 9. 2. Sam. 23. v. 2. Ps. 85. v. 9. Ps.
95. v. 8. collato cum Luc. 1. v. 68. 70. Hob. 3. v. 7. Act.
1. v. 16. 2. Paracletus alius, Joh. 14. v. 16. c. 15. v. 25.
c. 16. v. 7. 3. Tertiùs μαρτύρων in cœlo, 1. Joh. 5. v. 7.
Joh. 14. v. 26. 4. Describitur subsistens individu-
um seu singulare suppositum, Dominus sc. Conf.
Deut. 32. v. 12. cum Esa. 63. v. 14. Item Levit. 26. v. 1.
12. 13. 2. Cor. 8. v. 16. cum Rom. 8. v. 9. 11. 1. Cor. 6. v.
19. item Psalm. 78. v. 17. 18. cum Esa. 63. v. 10. Vi-
vum, 2. Cor. 6. v. 16. collato cum 1. Cor. 3. v. 16. 17.
Item Job. 33. v. 4. Rom. 8. v. 2. 11. Intelligens, Esa. 11.
v. 2. Eph. 1. v. 17. 1. Cor. 2. v. 10. c. 12. v. 6. 8. Volens,
1. Cor. 12. v. 11. Act. 15. v. 28. Incommunicabile,
1. Cor. 3. v. 17. ubi cum nullo nostrum una persona
fieri, sed à nobis separari posse dicitur. Non susten-
tatum ab alio, utpote Jehova vivus, qui per se sub-
sistit. Quæ est Personæ veræ & vivæ definitio ve-
ra. 5. Et tanquam Deo Israëlis tribuuntur opera
personalia; vide & expende Joh. 15. v. 26. 1. Pet. 1. v.
11. Matth. 10. v. 20. Joh. 14. v. 26. c. 16. v. 8. 13. 14.
1. Cor. 12. v. 4. Act. 13. v. 2. c. 20. v. 28. Rom. 8. v. 26.
&c. 6. Ceu Spiritus intelligentiæ & sapientiæ
mittitur, Joh. 14. v. 26. c. 16. v. 7. Luc. 24. v. 49. Gal.
4. v. 6. 7. Inq; nomen ejus baptisamur, & religio-
sè juramus, Matt. 28. v. 19. Rom. 9. v. 1. Et S. Angeli
eum invocant, Esa. 6. v. 3. 5. 6. Act. 28. v. 25. 2. Cor.
13. v. 13. ? Affirmatur.

6. An principaliter & potissimum notitia Dei
salvifica consistat, non in cognitione divinæ essen-

6
tuz, sed voluntaris, de creatione sc. providentiâ &
remuneratione Dei, ut ei obediamus? Negatur,
etiam ex Joh. 17. v. 3. c. 6. v. 38. 39. 40.



CVM BONO DEO!

Disputationis V. AntiPhorinianæ,

De Christi Personâ, quòd sit verus Deus & ho-
mo, seu duabus naturis divinâ & huma-
nâ constet,

Questiones;

Respondente GREGORIO ULRICI

Rigâ Livono.

1. **A** Nad cognoscendam Dei erga nos voluntaria-
tem necessaria sit *πρωσις*, non essentia, sed
soliis officii Christi, quod atinet æternam salu-
tê? Negatur ex Joh. 17. v. 3. c. 6. v. 40. Gal. 4. v. 4. & c.

2. An ex Rom. 9. v. 5. Tit. 2. v. 13. 1. Joh. 5. v. 20. Gal.
4. v. 8. 9. 1. Cor. 8. v. 6. & c. firmiter demonstratur,
quòd Christus præter humanam naturam, habeat
veram divinam essentiam seu naturam, & sic sit ve-
rus Deus? Affirmatur.

3. An impossibile sit in unâ Christi personâ, esse
duas distinctas naturas, divinam & humanam, &
naturam intelligentem sine suâ propriâ personali-
tate subsistere posse? Negatur juxta S. Scripturæ
normam, 1. Tim. 3. v. 16. Joh. 1. v. 14. Esa. 9. v. 6. Gal.
4. v. 4. & c. 1. Tim. 2. v. 5. 1. Cor. 8. v. 6. 2. Cor. 11. v. 2.
Sicut & aliâs in aliis, Zach. 8. v. 6. Num. 11. v. 21. 22.
2. Reg. 7. v. 1, Et simul Eph. 3. v. 21. Luc. 1. v. 37.

G. An

4. An ex eo, quod Christus asseritur ex S. Scri-
pturâ *Ἰεσὺν Ἰσραὴλ*, sequatur, 1. contraria de u-
nâ eâdemq; personâ prædicari, v. 9. esse mortuum
& simul esse immortalem & vivum Dei Filium, 2.
Duas esse personas seu duos Dei Filios, 3. & sic,
nos esse Nestorianos? Negatur.

5. An mysteria fidei Christianæ sint non solum
ὑπερφυσικά, quæ ratio humana modulo suo ca-
pere non potest, sed etiam *ἀντιφυσικά*, quæ ratio
ex principiis suis judicans & impugnans, clamat
esse falsa? Affirmatur 1. Ex 2. Cor. 10. v. 5. 2. Ex
emplo Abrahami, Rom. 4. v. 19. &c. Sadducæo-
rum, Matt. 22. v. 24. &c. Philippi, Joh. 6. v. 7. seq.
Judæorum & Gentium, 1. Cor. 1. v. 18. 23. Esa. 8. v.
14. c. 28. v. 16. Rom. 9. v. 33. Discipulorum Christi,
Luc. 24. v. 11.

6. An Deitas Christi æterna destruarur per di-
cta illa, quæ asserunt, Christo potestatem & glori-
am in tempore datâ esse, v. g. Act. 10. v. 42. c. 2. v. 36.
Psalm. 2. v. 6. Matt. 28. v. 18. Psalm. 8. v. 7. Phil. 2. v. 9.
10. &c? Negatur, & contrarium inde stabiliri, af-
firmatur.

7. An ex inde Deitas ejus everratur, quod man-
dato Patris dicitur obedire, pati & mori? Joh. 10.
v. 18. c. 12. v. 49. c. 14. v. 31. 1. Pet. 3. v. 18. c. 4. v. 1. Neg.

8. An ex eo illa Christi æterna Deitas tollatur,
quod ei gloria dicitur data, ut nos fidem & spem
habeamus, 1. Pet. 1. v. 21. Negatur, & contrarium
infertur.

9. An assertio Deitatis Christi æternæ, nos so-
latio, Deum Patrem verò honore suo spoliet, dum

8
ipsi aliquid dederit, qui nullius indigus fuit, & ab
æterno regnavit? Negatur & contrarium infertur
ex Psalm 49. v. 8. Act. 20. v. 28. 1. Joh. 1. v. 7. 1. Pet. 1.
v. 18. seq. Joh. 3. v. 16. c. 16. v. 28. Gal. 4. v. 4. seq.
Col. 1. v. 12. seqq. Apoc. 5. v. 9. 10. Esa. 9. v. 6. & c.

10. An Christus ideò sit & dicatur Filius Dei u-
nigenitus & naturalis, quia ex Sp. S. obumbratio-
ne sit conceptus, Luc. 1. v. 35. & quia non adopta-
tus, neque alius cujuscumque filius ante, sed semper
Dei Filius fuerit? Negatur, quia 1. Sp. S. carnem
Christi non generavit, sed creavit, 2. Sp. S. aliàs es-
set Filii Dei Pater, ob vim Relatorum, 3. Eum ex
substantiâ suâ genuisset, & 4. Christus operatio-
ne voluntariâ Sp. S. esset Filius Dei, & sic non pro-
prius nec unigenitus, Joh. 5. v. 18. Rom. 8. v. 34.
quia illud & aliis competit, Jac. 1. v. 18. 5. Sic & An-
gelus esset Filius Dei naturalis, utpote nec adopta-
tus, sed creatus, nec ullius unquam est Filius, nisi
Dei, Job. 1. v. 6. c. 38. v. 9. Quod absit, Heb. 1. v. 13.



CVM BONO DEO!

Disputationis VI. AntiPhotinianæ,
*De aternâ Filii Dei generatione, & quòd ex illâ
demonstretur, ipsum naturâ esse Deum verum
& Altissimum,*

Quæstiones:

Respondente NICOLAO Langerhans Stadenfi.

1. **A**N firma sit hæc probatio: Christus est Filius
Dei unigenitus & proprius, (& quidem ita,
ut sit ¹⁰⁰⁵ Iovs, seu æqualis, Deus benedictus, verus, ma-
gnus,

gnus, fortis, oppositus iis, qui sunt naturâ Dii) E.
est naturâ Deus? Affirmatur.

2. An Christus sit Filius Dei unigenitus, per a-
morem majorem, quia sit præstantissimus & Deo
charissimus, ita ut *μονογενής & ἀγαπητός* sint ter-
mini *ἰσοδυναμῶντες*, & an hoc probari possit ex
Heb. 11. v. 17. Prov. 4. v. 3. &c.? Negatur.

3. An Christus sit Filius Dei propter dignitatem
officiale[m]? Negatur.

4. An, quòd Christus sit verus Deus, nos solis
consequentis probare necesse habeamus, non
probare possimus expresso Dei verbo? Negatur,
ex Num. 21. v. 6. 7. & 1. Cor. 10. v. 9. Ex Ela. 42. v. 4.
c. 44. v. 6. c. 48. v. 12. & Apoc. 1. v. 13. 14. 15. Ex Zach.
12. v. 10. & Apoc. 1. v. 7. Insuper etiam ex Joh. 1. v. 1.
c. 20. v. 28. 1. Tim. 3. v. 16. Rom. 9. v. 5. 1. Joh. 5. v. 20.
Ela. 9. v. 6. Tit. 2. v. 13. (conf. Deut. 7. v. 21. c. 10. v. 17)
Gal. 4. v. 8. 9. (conf. cum Gal. 1. v. 6. 15. 16. c. 3. v. 1.
c. 4. v. 19. c. 6. v. 18.) 1. Cor. 8. v. 5. 6. (conf. cum Act.
10. v. 38. 1. Cor. 2. v. 8. c. 15. v. 47. Apoc. 17. v. 14. c. 19.
v. 16. Joh. 3. v. 31.)

5. An, si Filius Dei à nobis dicitur ex substantiâ
Dei Patris generatus, & sic naturam divinam ha-
bens ipsius Dei Patris, aut generatio illa se habere
debeat, more animalium & hominum, quo illa fit
ad conservandâ speciem pereunte individuo; Aut
Syllogismus noster: Omnis Filius ex Patris sui sub-
stantiâ generatus, habet naturam sui Patris, Chri-
stus est Filius ex, &c, necessariò 4. terminos habe-
at? Negatur utrumq;. Priùs ex Eph. 3. v. 15. & mul-
tis aliis proprietatibus. Posterius ex Joh. 5. v. 20.

6. v. 57. Rom. 8. v. 32. Joh. 3. v. 16. c. I. v. 12. 18. I. c. 4.
v. 9. Col. 1. v. 15. Heb. 1. v. 3. &c.

6. An ex eo destruat^r generatio Filii Dei æterni, quòd immortalis non generet, Luc. 20. v. 35. &c. ?
Negatur.

7. An ex eo generatio Filii Dei ex substantiâ Patris, negari debeat, quòd omnes Christiani dicantur geniti à Deo, qui tamen non habeant divinam naturam, & quòd illi in illâ suâ divinâ filiatione nihilominus cum Christo multum commune habeant, Heb. 2. v. 11. Joh. 20. v. 17. ? Negatur.

8. An generatio Filii Dei ab æterno, solidè probetur I. ex Prov. 8. v. 22. seq. Collato cum Luc. 11. v. 49. Matt. 23. v. 34. I. Cor. 1. v. 24. Joh. 1. v. 12. &c. ?
Affirmatur.

9. An invictè eadem demonstretur I I. ex Psal. 2. v. 7. &c. Et in speciè, I. num, *no hodie*, ibi denotet æternitatem, non certum diem & tempus æternitati oppositum ? Num 2. illa Psalmi verba non de manifestatione per resurrectionem à mortuis, sed de æternâ Filii Dei generatione loquantur, ne quicquam obstante loco Act. 13. v. 33. ? Num 3. Verba illa non prophetiam de re futurâ in tempore describant, sed æternam Filii Dei generationem ? Et 4. num non typicè de Davide etiam intelligenda, & ex parte impleta sint, sed tantùm & unicè de Christo intelligi debeant ? Affirmatur.

10. An æterna Filii Dei generatio irrefragabiliter demonstretur, I I. ex Mich. 5. v. 2. Et in speciè quoad hunc locum, an 1. vox *mozaóth* h. l. notet non originem seu familiam & longam seriem progenitorum,

genitorum, verum ipsam actu existentem nativitatem, 2. vocabula mik kedem, mimei olam h. l. significant non determinatum, licet antiquum tempus ac si sensus esset, quod Christus ut homo ortum suum referat inde usque ad familiam seu stirpem Davidis, longe ante Micham, regnantis, sed absolutam aeternitatem, non obstante eo, quod mentio fiat initii ut & dierum seculi, & quod a libi ejusmodi voces finitam temporis periodum etiam denotent, v. g. Esa. 63. v. 9. 11. Mal. 3. v. 4. 3. Num aeterna Filii Dei generatio, h. l. non neganda sit, quamvis vox moza'oth sit pluralis numeri, notans, egressiones? Affirmatur.

II. An eadem aeterna Filii Dei generatio probari possit IV. ex Col. 1. v. 15. & in specie, an factum sit, 1. Christum dici primogenitum omnis creaturae, quia sit ex numero creaturarum, sicut dicitur primogenitus ex mortuis, 1. Cor. 15. v. 20. Ap. 1. v. 5. Col. 1. v. 18. 2. Christum non esse unam quidem ex veteribus; attamen ex novis creaturis, inter quas ille sit prima & praecipua? Affirmatur.

CUM BONO DEO!

Disputationis VII. AntiPhotinianae,

Respondente JOHANNES CURENIO Wetterburga Waldeccensi,

De Existentiâ Filii Dei antemundanâ seu aternâ, quod ex illâ constet, eum esse naturâ Deum & Jehovaham Altissimum,

Quaestiones:

AN, quod Christus ab aeterno & ante mundum

dum

dum conditum verè existat, & sic sit verus Deus, probari possit ex Esa. 9. v. 6. ? Aff. Et an id per illud evertatur, quòd ita dicatur, non quia sit & existat ab æterno, sed quia sit autor & Princeps vitæ æternæ, quæ futura sit ? Negatur.

2. An ex illis locis idem demonstrari queat, ubi Deus Pater, qui est Deus æternus, & nullius mutationis capax, Jac. 1. v. 17. Mal. 3. v. 6. & c. dicitur Pater Christi, & quidem proprius, Matt. 11. v. 26. Joh. 5. v. 17. 18. & alibi passim : Et an illa demonstratio per illam instantiam everti possit, quòd Deus æternus sit Opifex & Creator, nec tamen creatura ab æterno existat ? Prius affirmatur, Posterius negatur.

3. An ex iis locis pro illâ Christi existentiâ æternâ firmum argumentum depromi possit, in quibus Christus dicitur primus & novissimus, Apoc. 1. v. 8. 17. seqq. c. 22. v. 12. 13. Heb. 7. v. 3. c. 13. v. 8. Affirm. ex Esa. 41. v. 4. c. 44. v. 6. c. 48. v. 12. Et an hoc argumentum elidatur per hoc, quod Christo non tribuatur absolutè ut Patri, sed sicut Hebr. 13. v. 8. vel quòd hæc dicantur quidem vel ab ipso Christo, vel ab Angelo personam Christi sustinente ; At Christum ita dici, non respectu substantiæ & existentiz, sed ratione officii, quando quidem ipse fuerit verus Messias, ante quem nemo alius talis fuerit, neque post ipsum futurus sit ? Neg.

4. An ex Joh. 1. v. 1. seqq. & 1. Joh. 1. v. 1. æternitas Christi demonstretur ? Et an ibi sermo sit non de æternitate, sed de initio Evangelii, à Joh. Baptista prædicati, & sic de certo aliquo principio, ut Esa. 52. v. 4. c. 60. v. 9. Dan. 8. v. 1. Joh. 15. v. 27. c. 16. v. 4.

v. 4. Actor. II. v. 15. & c. ? Affirm. prius; Negatur
posterior.

5. Num ex Joh. I. v. 15. 27. 30. idem probari que-
at? Et num argumentum illud per id enervari pos-
sit, quòd Christus dicatur h. l. Johanne non prior
tempore, sed præstantior dignitate, quia aliàs idem
per idem probaretur; Christus ante Johannem
fuit tempore, quia illo prior erat tempore, si prio-
ra & posteriora verba simul intelligerentur de prio-
ritate temporis, & quòd τὸ γέγονεν hinc possit signi-
ficare idem, quod creatus est? Illud affirm. Hoc
verò negatur.

6. An locus Joh. 8. v. 58. invictè æternam & di-
vinam Christi existentiam probet? An v. statuen-
dū sit, quòd locus ille id haud probet, 1. Quia h. l.
non fiat mentio æternitatis, sed tantūm significetur,
quòd Christus prius fuerit, quàm Abraham fieret,
quod longè aliud sit, quàm ab æterno esse. 2.
Quia textus Græcus ita sic vertendus, aut verti pos-
sit: *Warlich warlich ich sage euch zu vor / ehe Abra-
ham wird / ich bin / h. e. priusquam Abraham fiet,*
nempe pater multarum gentium (quæ est nominis
Abrahami interpretatio, Gen. 17. v. 5.) h. e. ante-
quam regnum Dei ad gentes, quæ per fidem Filii
Abraham factæ sunt, quòd ego sim, nimirum lux
mundi, h. e. Messias, sicut & de re futuri temporis
usurpetur, Joh. 14. v. 29. c. 13. v. 19. ? Illud affirma-
mus, hoc verò negamus.

7. Num ex Joh. 17. v. 5. idem demonstrari pos-
sit, non obstante r. eo, quod Socinus objicit; Fieri
non posse, ut Dei Filius eam gloriam ante mundi
creatio-

creationem reverà haberet, quâ se à Patre affici petiit. 2. Gloriam, quam h. l. petit, longè aliam esse à quâcunque, quam ante mundum re ipsâ habere potuerit, & sic ab æterno non extitisse. 3. Eo, quod Catech. Racoviensis obvertit, quòd Christus etiam gloriam ante mundum apud Patrem habuerit in prædestinatione juxta 2. Tim. 1. v. 9. Affirmatur primum, exceptiunculis illis repudiatis.

8. An illa Christi existencia antemundana probari possit ex Eph. 1. v. 4. Joh. 13. v. 18. c. 15. v. 19. Affirmatur.

9. An ex Heb. 1. v. 3. idem probari possit, non obstante quod Enjedinus excipit 1. Dei vel Patris non fieri mentionem, 2. Christum h. l. non dici splendorem gloriæ & characterem substantiæ Patris, sed Dei; Nam (quod Smalcus excipit) juxta nos eum, qui locutus est nobis in Filio, non tantum Deum Patrem, sed etiam ipsam Trinitatem esse posse. Certum autem esse, quòd is, qui sit gloriæ Dei splendor, diversus & alius sit à Deo. 3. Christum dici non participem, sed characterem *ἰσχυρῶς αὐτοῦ*, sc. Dei & sic unam esse *ἰσχυρῶς* seu personam divinam, non tres. 4. Esto, Christum vocari splendorem gloriæ Patris; Cùm verò gloria sit accidens, & Christus dicatur non ipsa Patris gloria, sed splendor gloriæ ejus, sequi, Christum accidentis accidens dici, & sic non substantiam divinam. 5. Christum non dici *ἰσχυρῶς* Patris, sed *ἰσχυρῶς* Characterem, i.e. figuram, vestigium, impressionem illius. At vestigium pedis,

dis, pedem, effigiem sigilli ceræ impressam, sigillum non esse. Ac proinde Christum hypostasim Dei vel Patris non esse. Non ergo identitatem Dei & Christi inde colligi, sed potius diversitatem. 6. Per hypostasim intelligi Patris personam, E. hanc personam habere aliam personam, & hujus posterioris personæ Christum fore characterē, &c? Affirmatur primum, objectionibus illis nauicifatis.

10. Num denique idem probari possit ex 1. Cor. 1. v. 23. 24. non obstante 1. Socini objectione: Christum vocari sapientiam Dei non quasi substantialiter sit imago Dei, sed quatenus ejus doctrina & Evangelium credentibus sapientiam Dei patefacit, seu res est plena sapientiæ Dei, ut 1. Cor. 1. v. 18. Rom. 1. v. 16. 2. Ostorodi argumento, quod nos rectè & plenè solvere non posse ait, sc. per conceptionem & nativitatem, quæ Filio Dei competat, personam incipere esse & provenire, quæ prius non erat. E. Filium Dei ante & ab æterno non existisse, nisi duos filios Dei statuere velimus? Affirmatur primum, rationibus in contrarium allatis, explosis.

CVM BONO DEO!

Disputationis II X. AntiPhotinianæ,

Resp. M. JOH. CHRISTOPHORO MÜNDERLINO

Ratisbonensi,

De Unitate Christicum Patre, & de eo, quod

DEUS appellatur.

Questiones:

NUm ex Joh. 10. v. 30. Unitas *ἁποστολικῆς* divina,

nz, Christi cum Patre firmiter demonstratur, non obstantibus dictis illis, quibus & nos, Unus & Unum, similiter esse iubemur, Gal. 5. v. 28. Joh. 17. v. 21. & affirmatur illud.

2. An ex Joh. 14. v. 11. sequatur, personam Patris essentialiter seu *ὁμοσιωδῶς* & quoad præsentiam atque existentiam seu *ὑπάρξιν* consubstantialem esse in personâ Filii, & vice versâ? Et an hoc pugnet cum eo, quod ipsi statuamus, personas in divinâ essentiâ nullatenus esse commixtas, sed prorsus distinctas? Et an propterea hic sit sensus verborum Christi: Ego sum cum Patre, & Pater tecum, sicut & particula, in, sæpe in S. literis significet, cum; Maluisse autem Christum particulam, in, quàm, cum, adhibere, ut significaret maximam unionem voluntatis, quæ inter ipsum & Deum Patrem fuerit? Eodem modo, quo de omnibus Christi discipulis veris dicitur, quod in Christo sint, & Christus in ipsis, Joh. 14. v. 20. i. e. vos tecum, & ego vobiscum arctissimè sum unitus, vos meus populus & membra, ego vester Dominus & caput: Etiam Deus in Christo, & Christus in ipso fuerit, nempe, sicut Christus erat Deus, 1. Cor. 3. v. 23. Deus autem ipsius Deus & caput, Eph. 1. v. 17. 1. Cor. 11. v. 3. Et sicut dicantur verè credentes Christiani esse in Deo, & Deus dicatur in ipsis manere? Primum Affirm. Reliqua negantur.

3. An illa *ὁμοσιωδία* seu unitas essentiæ divinæ porro rectè probetur ex 1. Cor. 1. v. 24. Heb. 1. v. 3. Col. 1. v. 15. Et ex 1. Joh. 5. v. 20. & c. ut & ex Joh. 16. v. 15. & affirmatur.

4. An ex eo firmiter probari possit, quod Christus sit verus Deus, quia i. vocatur Jehovah, conf. Esa. 6. v. 1. 4. cum Joh. 12. v. 41. Et Es. 45. v. 21. 22. 23. cū Rom. 14. v. 10. 11. Et Es. 8. v. 14. cum Rō. 9. v. 32. Et Esa. 40. v. 10. cū Apoc. 22. v. 13. Et Gen. 14. v. 18. cū Luc. 1. v. 76. Ac Luc. 1. v. 16. 17. 68. 70. cū 1. Pet. 1. v. 11. Conf. Disp. 6. q. 4. & c. 2. Dominus absolutè & simpliciter, in oppositione ad Dominos λεγομένους, Matt. 21 v. 3. Joh. 20. v. 28. 1. Cor. 8. v. 5. 6. c. 2. v. 8. c. 15. v. 47. Act. 10. v. 36. Apoc. 17. v. 14. c. 19. v. 16. Conf. Psalm. 136. v. 3. 4. 3. Naturā Deus, Gal. 4. v. 8. 4. Verus Deus, 1. Joh. 5. v. 20. Esa. 9. v. 6. Apoc. 18. v. 8. collato cum Joh. 5. v. 27. Tit. 2. v. 13. Rom. 9. v. 5. 5. Deus absolutè, propriè, & simpliciter, 1. Tim. 3. v. ult. Joh. 1. v. 1. seq. Act. 20. v. 28. Affirmatur.

5. An huic nostræ probationi obstant loca, Psalm. 82. v. 6. Exod. 4. v. 16. c. 7. v. 1. 2. Cor. 4. v. 4. Phil. 3. v. 19. ? Negatur.

6. An Christus propterea dicatur Deus, non quasi sit ipse altissimus Jehovah, sed quia à Deo divinam virtutem, dominium & gloriam ex gratiā acceperit, Phil. 2. v. 9. 10. ? Negatur.

7. An Christum esse Deum factum factitium & formatū, seu quem Pater fecerit Deum, probari possit, ex Joh. 5. v. 22. 23. Act. 10. v. 42. c. 17. v. 31. c. 2. v. 36. Matt. 28. v. 18. Phil. 2. v. 9. 10. Psalm. 82. v. 6. Ubi Christo dicatur gratiā contributa divina potestas, gloria & honor; E. & hoc ipsi dictum esse, quod Deus sit & dicatur, & consequenter patere, quod Deus eum fecerit Deum? Negatur.

8. An non, si Christus non est unus ipse Deus,

& nihilominus est Deus, sc. factus, hoc absurdum
 contra Photinianos inde sequatur, quod cum
 duo Dii statuuntur? Et an hæc nostra consequen-
 tia inde infringi possit, quod Deus unus sit, non
 simpliciter, sed quatenus unus est omnium domi-
 nator & gubernator, ex quo omnia, qui nullum
 supra se habeat, aut qui ipsi per omnia æqualis sit:
 Unde absurdum non sit, si & insuper alium, à quo
 non omnia, h. e. Christum pro Deo nostro habe-
 amus, & colamus, dummodò ipsum, pro ipso uno
 Deo non habeamus? Nam propterea Deum Deo-
 rum dici, Deut. 10. v. 17. & multos Deos, 1. Cor. 8.
 v. 5. ubi etiam non de Christo, sed tantummodò
 de Patre dicatur, quod unus ipse Deus sit, Et Chri-
 stum ita Dominum ibi dici, ut tamen multi alii sint
 Domini, Col. 3. v. 22.? Prius affirmatur, posterius
 negatur.

9. An nomen Dei (sc. propriè, absolutè & sub-
 stantivè sumtum) sit nomen appellativum seu
 commune, quod tamen uni Deo simpliciter & ab-
 solutè καὶ ἐξοχῆν tribuatur? Negatur.

10. An locus Jerem. 23. v. 6. c. 33. v. 16. ubi dici-
 tur: Jehovah justitia nostra, intelligendus sit non
 de Christo sed de Judâ & Jerusalem? Et si de Chri-
 sto intelligatur, nomen Jehova etiam Angelis cre-
 atis tribuatur, Exod. 3. v. 2. 4. 7. 16. 18. Act. 7. v. 30.?
 Et an, quod nomen Jehovæ, aliis etiam creaturis
 competat, probari queat ex Exod. 17. v. 15. Judic.
 6. v. 24. Gen. 22. v. 14. Ezech. ult. v. 35. Jerem.
 3. v. 17.? Negatur.

CVM

CVM BONO DEO!

Disputationis IX. AntiPhotinianæ,

Respondente FRIDERICO MÜLLERO

Regiomontano Porulso,

*De Creatione rerum omnium, qua Christo in s.**lteris aperi tribuitur, ut & de eo quod est Salvator noster;**Et an ex eo firmiter probari possit, Christum esse**verum Deum?*

Quæstiones:

1. **A**N Æternitas propriè & absolutè accepta dici possit à Deo creata? Negatur, tam ex eo, quòd illa sit ipsa Dei substantia, quàm ex eo, quòd careat principio. Nequicquam obstante loco Heb. 1. v. 2.

2. An ex eo, quòd Christus creavit cœlum & terram, & omnia quæ in illis sunt, firmiter probari possit, eum esse altissimum Deum? Affirm. tam ex eo, quòd creationis actus soli Deo adjudicatur, Esa. 44. v. 24. c. 45. v. 12. c. 48. v. 12. Act. 4. v. 24. Heb. 3. v. 4. quàm ex inde, quòd Deus per illam à falsis Diis se discernit, Psalm. 96. v. 5. Jer. 10. v. 11. Conf. Jerem. 14. v. ult. c. 5. v. 24.

3. An nusquam in S. Scripturâ legatur, quòd Christus sit creator rerum omnium, cœli & terræ? Neg. Ex numero plurali, Psalm. 149. v. 2. Gen. 1. v. 26. Adde Job. 35. v. 10. Esa. 54. v. 5. c. 42. v. 5. Eccl. 12. v. 1. Quin & ex Prov. 8. v. 30. uti & ex Esa. 45. v. 12. 15. 18. 23. collato cum Rom. 14. v. 11. Psal. 102. v. 26. collato cum Heb. 1. v. 10. Ac denique ex Joh. 1. v. 3. 10. 1. Cor. 8. v. 6. Eph. 3. v. 9. Col. 1. v. 16, Heb. 1. v. 2. Apoc. 4. v. 11.

4. An per illud, dum omnia per Christum dicuntur facta sive creata, inuatur, illum non rerum creatarum esse causam primam, sed secundam seu instrumentū? Neg. ex Joh. 5. v. 19. Luc. 11. v. 49. 1. Cor. 1. v. 24. ut etiā ex illis dictis prioribus in superiori thesi, quibus ipse asseritur Creator. Et simul ex iis, ubi dicitur ipse verus Deus, de quibus supra. Ac deniq; ex iis, ubi etiam per Patrem omnia fieri dicuntur, qui tamen eo ipso causa organica non fit, Heb. 2. v. 10. 1. Cor. 1. v. 9. Gal. 1. v. 1. Rom. 6. v. 4.

5. An Christus sit Causa & Author non creationis primæ, sed secundæ, seu renovationis spirituales? Neg. Quia dictis in locis per Christum facta dicuntur fundamenta terræ & cœli, omnia, secula, mundus eum non recipiens, Angeli, &c. Quibus non competit creatio secunda.

6. An 1. in eo, dum Deus per Christum omnia fecisse aut creasse dicitur, Deus à Christo ita distinguatur, ut inde sequatur, hunc non esse Deum? 2. num verum sit, in symbolo Apostolico solum Patrem vocari Creatorem? 3. an nullibi fiat mentio cœli & terræ, quæ per Christum facta sint, sed tantum eorum, quæ in cœlo & in terrâ sint, atq; sic Christo tribuatur creatio non prima, sed secunda? 4. num nos necesse habeamus, statuere cum Arianis, Christum esse instrumentum & causam secundam, si creatio cœli & terræ ei tribuatur? 5. num vocula, *omnia*, restringi debeat ad illa, quæ per prædicationem Evangelii facta sunt, atque illa omnia per Christum facta dictis in locis dicantur, & cum primis 2. Cor. 5. v. 17. 6. Et num vita æterna & novus

us mundus (Heb. 2. v. 5. Esa. 9. v. 6.) intelligatur per mundum & secula, quæ per verbum & Filium Dei facta sint à Deo, Joh. 1. v. 10. Heb. 1. v. 2. ? Negantur omnia.

7. Num ex eo, quòd Christus passim dicitur Salvator noster, firmiter demonstrari possit, eum esse verum & altissimum Deum? Affirm. ex Esa. 35. v. 4. c. 43. v. 11. c. 45. v. 17. Hof. 1. v. 7. c. 13. v. 4. 14. Marc. 2. v. 7. De Christo conf. Esa. 45. v. 21. 22. 23. cum Rom. 14. v. 12. Phil. 2. v. 10. Esa. 62. v. 11. cum Apoc. 22. v. 12. Zach. 9. v. 9. cum Matt. 21. v. 5.

8. Num huic nostræ assertioni obstet: 1. quòd tum Christus nondum extiterit, proindeq; bene, unum ipsum Deum dici solum Salvatorem, et si Christus sit Salvator, neque tamen unus ipse Deus? 2. quòd verba illa: Extra me, non debeant intelligi, quasi omnino nullus alius sit Salvator, quàm tantummodò Deus unus, sed quòd universa vera salus, à quocunq; etiã proficiscatur, à solo Deo oriatur, proptereaq; nemo salvare queat, nisi Deus ipse per eum salvet? 3. quòd nomen Salvatoris quibusdam tribuatur, qui tamen non sint Deus, Jud. 3. v. 9. 2. Reg. 13. v. 5. Nehem. 9. v. 27. &c. 4. quòd Esa. 43. v. 11. sermo non sit de salute æternâ, vel saltem non duntaxat de æternâ, sed in genere & indiscriminatim de unâquâq; salute, sive temporali sive æternâ; Et nihilominus omnino de temporali debeat intelligi, verbis Dei attentè consideratis, licèt etiam de salute æternâ queant intelligi? 5. quòd Christus non sit extra Deum Patrem noster Salvator, etsi ipse non sit naturâ Deus; Et quòd

Christus universam suam doctrinam & opera Deo Patri adscribat, Joh. 5. v. 19. 36. c. 7. v. 16. 28. 29. c. 8. v. 28. c. 12. v. 44. c. 10. v. 32. 37. Denique 6. quod Deus expressè legatur Christum excitasse, misisse & exaltasse Salvatorem, Act. 13. v. 23. c. 1. v. 31. Esa. 19. v. 20. 1. Joh. 4. v. 14. Unus autem Deus sit Salvator noster à seipso, & non ad illud excitatus, missus & exaltatus? Negatur.

9. Num Syllogismus hic sit firmus: Unus ipse Deus à seipso habet, ut sit Salvator; Christus à se ipso non habet, ut sit noster Salvator, quia ad illud excitatus, missus & salvatus est. E. Christus non est unus ipse Deus? Neg.

10. Num nostræ sententiæ de verâ Christi Deitate, obstat locus Pauli 1. Cor. 8. v. 6. ? Negatur. Vide Eph. 4. v. 6.



CVM BONO DEO!

Disputationis X. AntiPhotinianæ,

Respondente RUDOLFO CAPELLEN Hamburgensi,

Num ex potentiâ & virtute Christi; Item ex honore divino, qui ei competit, firmiter evinci queat ejus vera Deitas?

Quæstiones:

1. **A**N rectè ita concludatur: Qui est omnipotens, & omnē potestatem habet in cælo & in terrâ, is est naturâ Deus, Gen. 17. v. 1. c. 28. v. 3. c. 35. v. 11. c. 48. v. 3. At Christus est omnipotens, Apoc. 1. v. 8. c. 4. v. 8. c. 11. v. 17. & omnem potestatem habet in cælo & in terrâ, Matth. 28. v. 18. Conf. Esa. 9. v. 6. Luc. 1. v. 35.

v. 35. 1. Cor. 1. v. 24. Joh. 5. v. 17. Heb. 1. v. 3. Phil. 3. v. 21. ? Affirm.

2. An hoc nostrum argumentum per id infrin-
gatur, quòd Christus suam potentiam & virtutem
non à seipso, sed ab alio, Deo Patre, habeat, & qui-
dem maximam partem post resurrectionem, ceu
præmium obedientiæ suæ usque ad mortem cru-
cis Phil. 2. v. 9. Propterea enim eum, illum ipsum
esse non posse, qui omnem suam potentiam à sei-
pso habet, i. e. unum Deum? Neg.

3. An Christus miracula fecerit *a. αὐτοκράτω-
ρικῶς* seu *παντοκράτωρικῶς*, i. e. propriâ, naturali
& divinâ suâ virtute, pro *b. libero suo beneplacito*
& arbitratu proprio, inque *c. proprium suum ho-*
norem; Atque sic sit verus ille Deus, qui solus di-
citur miracula facere posse, Psalm. 72. v. 19. Psal. 77.
v. 15. Psal. 86. v. 10. Psalm. 136. v. 4. ? Aff. ex *a. Apoc.*
1. v. 8. Act. 3. v. 6. 12. 16. c. 4. v. 10. c. 9. v. 34. c. 14. v. 3. c.
16. v. 18. Joh. 16. v. 15. c. 17. v. 10. c. 6. v. 57. Luc. 6. v. 19.
c. 6. v. 46. b. Matt. 8. v. 2. c. Joh. 2. v. 11. c. 5. v. 23.
Act. 3. v. 13. Luc. 17. v. 15. 16. Conf. inter se Esa. 40.
v. 10. Matt. 3. v. 3. Apoc. 22. v. 12. 13. Esa. 9. v. 6. Joh. 5.
v. 18. 19. c. 10. v. 30. Matt. 10. v. 1. & c. Nec nobis ob-
stare potest locus Joh. 5. v. 19. 30. Act. 2. v. 22.

4. Num ex Phil. 2. v. 9. Eph. 1. v. 19. 20. Matt. 28.
v. 18. Act. 2. v. 36. Rom. 14. v. 9. Heb. 2. v. 9 probetur,
Christum virtutem suam à Patre præcipuam par-
tem, pro obedientiâ suâ accepisse, & sic quia illam
à seipso non habeat, non esse eum verum Deum?
Negatur.

5. Num valeat hic Syllogismus: Christus divi-
no &

no & religioso cultu est adorandus. E. est natura
 Deus? Affirm. ex Deut. 6. v. 13. Matt. 4. v. 10. & ex eo,
 quod religiosus cultus supponat invocandi omni-
 præsentiam, omnipotentiam & omniscientiam,
 atque *καρπολογισίαν*, quæ soli Deo competunt,
 Jerem. 23. v. 24. Psalm. 34. v. 19. Psal. 145. v. 18. Gen.
 17. v. 1. 1. Sam. 16. v. 7. 1. Reg. 8. v. 39. &c. Quoad
 Christum verò ex Psalm. 97. v. 7. Heb. 1. v. 6. Rom.
 14. v. 10. 11. Phil. 2. v. 9. 10. Apoc. 5. v. 12. 13. 14.

6. An hoc nostrum argumentum labefactari queat
 per sequentes exceptiones, 1. quòd mandato illo,
 Deut. 6. v. 13. dato, Christus nondum exiterit, pro-
 indeq; tum solus Deus adorandus fuerit. 2. quòd
 qui honorat Christum, etiã Patrem ejus honoret, Joh.
 5. v. 22. 23. non q. Christus sit verus Deus, sed quòd
 honor Christo delatus, in honorẽ Dei Patris tẽdat,
 Phil. 2. v. 11. Atque ita id præceptum per divinum
 Christi honorem non everti. 3. quòd aliã conclu-
 deretur. Filium esse Patrem ipsum, non enim Dei
 sed Patris nomẽ Joh. 5. v. 22. 23. expressẽ legi? Neg.

7. Num contrariũ potius sequatur, sc. Christum
 nõ esse ipsum unum Deum, quia propterea divino
 honore colendus sit, quòd ipsi Deo, omne judici-
 um, & nomen super omne nomen donavit, Joh. 5.
 v. 22. 23. Phil. 2. v. 9. 10. Unicum n. Deum hono-
 rari, non quòd omne judicium & nomen super or-
 mne nomen ab aliquo ei donatum sit, sed quòd il-
 lud à seipso habeat? Neg.

8. An nos dictum Esa. 42. v. 8. contra Photi-
 nianos (dum statuunt, Christum esse nudum
 hominem, & non verum Deum, & nihilominus
 eundem

eundem divino & religioso cultu adorandū esse,)
 meritò urgentes 1. Clarū per obscurum, N. T. per
 Vetus & multa dicta per Unum declaremus? 2.
 Quando dixit Dominus, se alteri gloriam suam
 dare nolle, sub nomine, alteri, neque Christum ne-
 que quenquam suorum complectatur, secus enim
 sibi ipsi fuisse contrarium, dum promisit, se suos
 gloriæ suæ participes redditurum, Esa. 47. v. 13.
 Rom. 5. v. 2. 1. Thess. 2. v. 12. 1. Pet. 5. v. 10. Apoc. 3. v.
 21. c. 21. v. 11. sed illos duntaxat, qui ab ipso alieni
 sunt, quales sint imagines & idola, quæ statim eti-
 am adduntur? 3. Sic verba intelligi possint, quòd
 Deus permittere nolit, ut homines à seipsis suam
 gloriam alteri alicui nempe idolis adscribant, non
 autem quòd ipse ex suâ liberâ voluntate illam nulli
 communicare velit? 4. Hic sit sensus, quòd nolit
 suam gloriam de se ad alium transferri, nempe ita,
 ut ipse illâ privetur; Christo autem à Deo hono-
 rem datum esse, ut Deus propterea nullatenus suâ
 gloriâ orbetur, sed potius honoretur? Negatur.

CVM BONO DEO!

Disputationis XI. AntiPhotinianæ,

Respondente GOTHARDO von Kenteln

Revaliâ-Livono,

De fiduciâ collocandâ in Christum & sic tanquam in verum

Deum atq; Iehovam; Et de missione ejus in mundum

& sic tanquam præexistentis ante Nativitatem

ex B. Virgine Mariâ,

Quæstiones:

AN hoc nostrum argumentum sit immotum?

B 5

In

In quo salvificam cordis nostri fiduciam jubemur
 ponere, is est altissimus Deus. At in Jesu Christo
 fiduciam cordis nostri salvificam ponere jubemur.
 E. Major probatur ex Exod. 20. v. 3. Esa. 43. v. 11.
 Marc. 11. v. 22. Rom. 10. v. 14. Ex eo, quod illum, in
 quem salvificè credimus, oporteat esse omnipræ-
 sentem, omnipotentē, omniscientem, omnisci-
 um & universaliter misericordem. Id quod soli
 Deo competit, Psalm. 145. v. 3. 9. Joh. 3. v. 16. Sir. 18.
 v. 12. 13. Gen. 17. v. 1. c. 35. v. 11. 1. Tim. 6. v. 15. Jerem.
 23. v. 23. 24. &c. Porro ex eo, quod nobis per fidem
 conferuntur spiritualia & cœlestia beneficia v. g.
 Electio, 2. Thess. 2. v. 13. 1. Pet. 1. v. 1. 2. Jac. 2. v. 5.
 Regeneratio, 1. Joh. 5. v. 1. Adoptio, Joh. 1. v. 12.
 Benedictio, Gal. 3. v. 9. Justificatio, Rom. 3. v. 28. Pu-
 rificatio, Act. 15. v. 9. Salvatio, Eph. 2. v. 8. Victoria,
 Eph. 6. v. 16. 1. Joh. 5. v. 4. At hæc sunt bona, à solo
 Deo ad nos pervenientia, Eph. 1. v. 3. 5. Jac. 1. v. 18.
 Rom. 8. v. 33. Esa. 43. v. 11. 23. Ezech. 36. v. 25. seq.
 Rom. 16. v. 20. Et cum primis ex Jerem. 17. v. 5. 6. 7.
 De Minore constat, ex eo, quod Christus est natu-
 râ Deus, ut hætenus probatum est. Conf. Esa. 28.
 v. 16. Joël. 2. v. 32. Rom. 10. v. 11. 12. 13. Est noster
 $\sigma\omega\tau\eta\varsigma$, Matt. 1. v. 21. Gal. 3. v. 13. Inde fides, qui est
 $\text{Jes}\bar{u}$, Marc. 11. v. 22. dicitur etiam Jesu Christi, Rom.
 3. v. 22. Gal. 2. v. 16. 20. Phil. 3. v. 9. Act. 16. v. 18. Est
 religiosè invocandus, ut ex super. Disputat. pa-
 tet, E. & in eum credendum. Est omnipræsens, o-
 mnipotens &c. Tit. 2. v. 11. 13. Rom. 10. v. 12. Apoc.
 1. v. 8. c. 4. v. 8. Eph. 1. v. 23. c. 4. v. 10. &c. Est largitor
 bonorum spiritualium Joh. 15. v. 19. 1. Cor. 4. v. 15. Gal. 3.

Gal. 3. v. 14. 16. 26. Matt. 9. v. 2. Act. 10. v. 43. Rom. 3. v. 24. Act. 15. v. 11. 1. Cor. 6. v. 11. Heb. 9. v. 14. 1. Joh. 1. v. 7. Apoc. 1. v. 5. c. 5. v. 9. c. 3. v. 21. c. 12. v. 11. 1. Cor. 15. v. 57. Heb. 2. v. 14. 15. Et ex iis locis, ubi extertè in Christum credere jubemur, Psalm. 2. v. ult. Joh. 2. v. 11. c. 3. v. 14. 15. 16. 17. 18. c. 6. v. 40. c. 11. v. 25. 25. c. 12. v. 46. c. 14. v. 1. c. 17. v. 20. & c. Affirm.

2. An hoc nostrum argumentum inde enervetur, quòd Israëlitæ etiam in homines, qui non sunt verus Deus, rectè credidisse leguntur. Exod. 19. v. 9. c. 14. v. 31. 2. Paral. 20. v. 20. Neg. vide Buxt. l. 2. thes. c. 11. p. 452.

3. An Jerem. 17. v. 6. 7. 8. Deus non simpliciter illum, qui in homine confidit, sed tum demum eum pronuntiârit maledictum, quando suis propriis vel aliâs humanis viribus confidit, & per illam fiduciam cor suum à Deo avertit. At per fidem in Christum, nos non à Deo averti, sed ad Deum converti, utpote cujus virtuti, quæ in Christo sit confidamus, Joh. 12. v. 44. 1. Pet. 1. v. 21. ? Neg.

4. Num Photiniani (& nos non) rectè intelligant, quomodo fides in Christum sit comparata? Et num inde probari possit, Christum non esse ipsum Deum, quia per Christum in Deum credamus? Nam non per Deum in quenquam alium nos credere, sed fidem in Deum requiescere & recumbere in Deo tanquam scopo seu termino ultimo, neque ultra Deum se latius extendere, siquidem ille est altissimus. At fidem in Christum non acquiescere seu recumbere in ipso Christo, quippe qui non sit altissimus, sed se ultra eum longius extendere,

tendere, videt. ad Deum, Joh. 12. v. 44. Id quod de Deo dici nequire? Atq; sic nū hi tres Syllogismi sint solidi: 1. Per Deū non credimus in quenq. aliū. Per Christum credimus in quenq. aliū, nempe Deum. E. Christus non est Deus? 2. Fides in Deo ceu termino ultimo recumbit & acquiescit. Fides in Christo ceu termino ultimo nō recumbit & acquiescit; quia se extendit longiūs nempe ad Deum altissimū, Christus a. non est altissimus. E. Christus non est Deus? 3. De Deo dici nequit, quōd, qui in illum credit, non in eum credat, sed in alium quenquam. De Christo autem id dicitur, Joh. 12. v. 44. E. ? Negatur.

5. Num firmiter sequatur, Christum esse verum Deum seu habere naturam divinam, ante nativitatem ex B. Virgine Mariā præexistentem, quia dicatur in mundum venisse, Joh. 3. v. 13. c. 6. v. 32. 33. 35. 36. 41. 42. 45. 44. 50. 58. 62. c. 8. v. 42. c. 11. v. 27. c. 16. v. 28. c. 17. v. 8. Gal. 4. v. 4. Non obstantibus locis, de nudis hominibus simili penē phrasi utentibus, v. g. 1. Joh. 4. v. 1. Joh. 17. v. 18. c. 1. v. 9. ? Affirm.

6. Num ex Joh. 3. v. 13. c. 6. v. 62. probari possit, Christum exivisse & missum esse &c, non ante, sed post nativitatem ex Mariā Virgine, eò quōd Filius hominis non potuerit priūs in cælo esse, & ex eo descēdere, quā natus sit, nisi cum Mennonitis dicere velimus, hominem Christum de cælo in Mariæ uterum devenisse ? Negatur.


7. Num ex eo probari possit, Christum missum esse, non ante, sed post nativitatem suam ex B. Virgine, quia dicat Joh. 18. v. 37. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum; Et Gal. 4. v. 4. dicatur, factus ex muliere ? Negatur.

8. Num

8. Num Joh 3. v. 13. non asseratur, quod Christus simul in cœlo & in terrâ fuerit, & num verba illa aliter exponi queant, nempe ita: Filius hominis, qui in cœlo erat, annotante Erasmo & Bezâ, atque sic Filius Dei in cœlo fuerit & ex eo descenderit, non prius, sed postquam ex Mariâ Virgine natus fuit? Negatur.

9. Num probari possit, quod Christus homo statim post baptismum localiter in cœlum ascenderit ante visibilem suam ascensionem, vel in illud raptus sit, ut ab ipso Deo disceret, quæ humano generi per eum patefacienda erant, & de eo cœlo postea descenderit iterum, idq; ex Joh. 3. v. 13. ad modum Mosis, Exod. 24. v. 18. concludendo à minore ad majus de Christo, Joh. 8. v. 27. 29. c. 12. v. 49. Et Pauli, 2. Cor. 12. v. 2. 4. ? Negatur.

10. Num inde Deitas Christi destruat, quia Deo non competat vel de cœlo descendere, vel in cœlum ascendere, Esa. 66. v. 1. Act. 7. v. 49. ? Neg.



CVM BONO DEO!

Disputationis XII. AntiPhorinianæ,

Respondente ADAMO KIRCHNERO Frey-
stadio-Hanoico,

Quod Filius Dei incarnatus, seu Deus homo factus sit, id est,
Filius Dei humanam naturam assumerit; Atq;
sic tanquam verus Deus præxtiterit,

Quæstiones:

1. Num incarnatio Filii Dei, ceu naturâ Dei, inde pro puro puto figmento habenda sit, quod

quòd aliàs Evangelistæ, in primis Matthæus & Lucas, qui ejus nativitatē singulari studio descripserunt, invidiæ vel saltem iusignis negligentia accusandi essent, quia de tantâ re aut omnino nihil, aut certè tam paucillum & quidem obscurissimis verbis memoriæ prodiderunt? Negatur ex Joh. 20. v. 31. & c. Matt. 1. v. 21. 22. 23. & c. Luc. 3. v. 22. & c.

2. Num incarnatio seu inhumanatio Filii Dei, qui ab æterno existit, probari possit ex Joh. 1. v. 14? An verò probationi illi obstat 1. Quòd verbum, *èzvero* reddi possit per, *Erat*, sicut Joh. 1. v. 6. Marc. 1. v. 4. Luc. 1. v. 5. c. 24. v. 19. Rom. 11. v. 34. & c. & sic non per, *factus est*, necessariò; 2. Quòd in præcedentibus cum primis in v. 6. sermo sit de tempore, quo Christus jam tum natus fuerit homo, & sic etiam in v. 14. 3. Quòd caro aliàs notet contemptum & vilem hominem, v. g. Heb. 2. v. 14. Psalm. 78. v. 39. Esa. 31. v. 3. c. 40. v. 6. Jerem. 17. v. 5. 1. Pet. 1. v. 24. Prius affirm. Posterius negatur.

Quoad 1. Ex nativâ vocis significatione; Antemundana Existentiæ Christi descriptione, v. 1. seq. Conf. plura dicta in Disp. 7. Locorum parallelorum collatione, Rom. 1. v. 3. Gal. 4. v. 4. Etiam aliorum de Christo, ubi itidē nomen substantivum in prædicato apponitur, 1. Cor. 1. v. 30. Gal. 3. v. 13. & c. Quoad 2. Ex v. 1. v. 3. v. 10. v. 14. collato cum Prov. 8. v. 22. Ex v. 18. & c. Quoad 3. quia aliàs aut oritur tautologia: Homo ille factus est Homo; Aut merum adjunctum de hoc Homine prædicaretur: Homo ille factus est contemptibilis, cum tamen describeretur, ut æternus Deus, v. 1. seq. cui competat gloria

gloria infinita, v. 14. conf. Esa. 42. v. 8. c. 48. v. 11. Et sic verè factus est homo in tempore, v. 14. sc. in conceptione, non verò demum postquam jam natus erat homo. Aut enim ab æterno fuit ille homo, aut in tempore factus est. Non illud E. Hoc. Adhæc in locis allegatis aut alibi vox, *Caro*, non notat merum accidens, exclusâ substantiâ, sed substantiam humanam cum suo accidente. Et sic etiam h. l.

3. Num concessâ versione illâ: Verbum caro factum est, non tamen propterea sequatur incarnatio Filii Dei, seu quòd simpliciter sit factus homo; Aliter enim adhuc posse explicari, sc. quòd Christus miraculis potens Luc. 24. v. 19. & Deo æqualis, Phil. 2. v. 6. factus sit ut alius homo vilis, imò ut homo peccator, calamitati & morti se subjiciens, prout in eâdem fere re de eo dicatur, Gal. 3. v. 13. Rom. 8. v. 3. 2. Cor. 5. v. 21. Postquam jam homo natus fuit? Negatur.

1. Quia existentia antemundana Christi hæcenus fuit demonstrata. 2. Quia ita restringeretur textus nominativum ad tempus passionis & mortis Christi tantum, post patrata in officio miracula, quod manifestè est contra viscera & contenta, v. 14. Nam gloriam suam miraculis manifestavit, homo jam factus est; Et plenus fuit gratiâ, & veritate etiam à primo conceptionis puncto. Et statim à nativitate multa perpeffus est, Matt. 2. v. 13. Luc. 2. v. 7. Non ergò à peractis demum miraculis. 3. Quia, sic Christus tantum ut jam homo factus seu natus, ob officium suum propheticum diceretur λόγος, cum ab æterno sit λόγος, v. 1. seq. Nec in æter-

num officium suum propheticum continet, 1. Cor. 13. v. 8. seq. Atque hinc Johannes postquam dixerat λόγον factum esse carnem, in Evangelio non amplius eum λόγον, sed Christum nominat, ad innuendum, quod λόγος ille sit non tam ob officium in carne assumptam, quam ratione substantiæ suæ æternæ etiam ante incarnationem. 4. Quia ὁ λόγος ab humanâ naturâ suâ apertè distinguitur, 1. Joh. 5. v. 7. 8. Apoc. 19. v. 13. 5. Quia Christus ut homo Phil. 2. v. 6. non dicitur Deo æqualis ob miracula, non enim ut homo est εἰσὸς μοσχοῖς, Esa. 40. v. 25. c. 46. v. 5. Psalm. 89. v. 7. sed ut sic est Deo inferior, Joh. 14. v. 28. 1. Cor. 3. v. 23. c. 11. v. 3. c. 15. v. 28. Quod si virtus θαυματουργικῆ inferret æqualitatem, tum certè & Apostoli foreντισσοῖ θεῶ. 6. Quia dicta allegata de re planè diversâ agunt sc. de λόγος incarnati officio, de passione & morte ejus semel exantlatâ, Rom. 6. v. 9. Apoc. 1. v. 18. &c, de pœnâ Christo imputatâ, peccato, similitudine, &c; At Joh. 1. v. 14. sermo est de λόγος incarnatione, & de humanæ naturæ nostræ substantiâ, nunquam deponendâ, atque sic de actu substantiali.

4. Num proterea incarnatio Filii Dei, αἰσιρηθῆς existentis demonstrari non queat ex 1. Joh. 4. v. 3. quia verti debeat, qui in carne (non in carnem) i. e. abjectâ conditione & ignominia venit? Neg.

1. Quia ἐν pro εἰς & vice versâ in S. Scripturâ passim sumitur, vide vel 1. Thess. 1. v. 8. c. 4. v. 7. Matt. 2. v. 32. &c. 2. Quia venisse eum in carnem assumen-

assumendam, patet ex præexistentiâ ejus, 1. Joh. 1. v. 1. Joh. 1. v. 1. 3. 10. Heb. 1. v. 10. Porro 1. Joh. 4. v. 9. 14. At persona missa ante sui missionem existit. Atque 1. Joh. 5. v. 5. 7. 9. 20. 3. Quia etiam ex eo, quod Christus in carne assumptâ venit, sequitur, eum venisse in carnem assumendam; Illud enim hoc præsupponit. 4. Quia apparere mundo in ignominia etiam Apostolis & Prophetis competit; At non potest venire in carne, ne quicquam obstantibus locis, 2. Cor. 10. v. 3. Gal. 2. v. 20. Phil. 1. v. 24. Hoc ergo non potest idem esse, quod illud. 5. Quia multi facti sunt adventum atque apparitionem Christi humilem & contemtibilem, qui tamen non sunt ex Deo, verum hæretici, conf. 2. Joh. v. 7. E. venire in carne, longè plus notat, quàm illud solùm, sc. omne illud, quod de personâ, officio & statu Christi scire nos decet. 6. Quia *Caro*, nusquam notat meram infirmitatem exclusâ substantiâ. Et stante illâ Photinianorum glossâ, Christus demum anno ætatis 30. venisset in carne, quo officium auspicatus fuit. Absurdum!

5. An eadem incarnatio Filii Dei probari nequeat ex Heb. 2. v. 16. 1. Quia quispiam aliquid *ἁρπάξαι* i. e. suscipere possit, quod non statim in se assumat. 2. Quia Semen h. l. sit nomen collectivum, notans credentes, Rom. 4. v. 16. Gal. 3. v. 29. Sensus ergo esse, quod Christus credentium curam gerat, eosq; suscipiat nunc post ascensionem in cælos, usque ad reditum suum ex cælo. Idq; quia *ἁρπάξαι* est præsens, non
 C præte-

præteritum; Ac opponitur multis Angelis, proinde & Semen esse collectivum, ? Negatur.

1. Quia hæc Ἰπίληψις apertè explicatur de Consubstantialitate humanâ, v. 11. & 14. 2. Quia Paulus Semen illud ipse explicat non *ἁπλοῦς*, sed *μοναδικῶς*, Gal. 3. v. 16. Conf. Act. 3. v. 24.

3. Quia de talis Seminis susceptione sermo est, quæ non obrigit Angelis. At Angelos itidem in suam curam suscepit. E. de hæc in curam susceptione credentium h. l. sermo esse nequit. 4. Quia talis h. l. est susceptio, unde Christum assimilari oportuit fratribus suis, v. 16. 17. At susceptio in curam credentium non est illud, unde similitudo, verum dissimilitudo insegura est, dū ipse Dominus, nos servi ejus sumus. E. Item, talis h. l. est susceptio Seminis Abrahamæ, è quâ ille est noster frater factus, v. 17. 11. 12. At à tutelâ non est frater, sed Dominus noster. Et *ἀντιλαμβάνεσθαι* notat susceptionem in curam, non *Ἰπιδλαμβάνεσθαι*, Luc. 1. v. 54. 5. Quia enallage præsentis pro præterito, præsertim in rerum gestarum descriptione, in S. Scripturâ est usitatissima, ut ille non describi, sed geri adhuc videantur, vide Joh. 5. v. 19. Psalm. 104. v. 4. 5. Job. 9. v. 9. Ac unum numero etiam multis opponi posse patet ex doctrinâ Disparatorum; Quid quòd natura Angelica opponatur h. l. naturæ humanæ? 6. An ex Phil. 2. v. 5. seq. ideò neganda sit incarnatio Filii Dei à nobis defensa, 1. Quia nobis exemplum Christi ut imitandum proponatur; Ac incarnationem nos imitari non posse.

2. Quia

2. Quia forma Dei non notet essentiam Dei, sed tantummodò formam externam, Marc. 16. v. 12. 3. Quia Christus sit æqualis Deo non æqualitate naturali & absolutè perfectâ in omnibus, sed æqualitate ex liberâ voluntate communicatâ, ratione cujus Deus aliquam creaturam sibi æqualem reddere possit; Imò quia Christus dicatur æqualis Deo, ideò eum ipsum Deum esse non posse, neminē n. esse sibi æqualem. 4. Quia illa forma & æqualitas Christi cum Deo constiterit tam in virtute *ἰσχυροῦς* & imperio ejus etiam absentis, cui omnes creaturæ obedierint, quàm in invocatione illius divinâ & religiosâ. 5. Quia illam virtutem *ἰσχυροῦς* ita in se habuerit, ut etiam aliis de illâ largiri potuerit & div. reverentiâ honoratus fuerit, unde Apostoli, licet miracula fecerint, etiam majora, prout appareat, Joh. 14. v. 12. non tamen dicantur in formâ Dei esse & Deo æquales, &c. Negatur:

Quoad 1. Quia licet h. l. agatur de Christo Jesu, usque ad mortem humiliato, & sic *ἐνοσίχθων*, non *ἀνοσίχθων*, ut Joh. 1. 14. connotatur, & connotatur tamen eo ipso *ἐνοσίχθωνος* & dualitas naturarum ejusdem divinæ & humanæ, atque unitas personæ illius. Nec Christi exemplum nobis imitabile proponitur, quoad ipsam præcisè incarnationem, sed q. humilem affectum, spectantem ea, quæ aliorum sunt, v. 3. 4.

Quoad 2. Quia licet forma Dei h. l. non notet exquisitè & immediatè essentiam ejus; Connotat

tamen indivulsè. Unde mediatè licet argumen-
tari ad illam, quòd qui in formâ Dei existit, sit ipse
Deus altissimus. Secus enim esset falsa Dei forma,
separata ab ejus essentiâ, non vera, quod absit: Ac
ille etiam esset in formâ Dei, qui divina tantùm
χρειμάτα haberet, sine ipsâ Dei essentiâ. Absur-
dum! Unde non dicitur *λαβὼν*, sed *ὑπάρχων*
in formâ Dei, quæ *ὑπάρξῃς* indistinctè ipsam *ἰσο-
αν* divinam includit, quâ qui caret, in formâ Dei
ὑπάρχειν haud dici potest. Adde quòd jungatur
cum *τῷ εἶναι ἴσαι τῷ θεῷ*; At hoc nulli personæ ve-
rè competit, nisi quæ est altissimus Deus, Psalm 113.
v. 5. Esa. 40. v. 25. 2. Sam. 7. v. 22. 2. Paral. 18. v. 22.

Quoad 3. Quia 1. *ἀποτόμως* negatur, ullam
creaturam esse Deo æqualem, Psalm. 113. v. 5. Esa. 40.
v. 25. c. 46. v. 5. 9. Jerem. 49. v. 19. &c. E. nullo mo-
do & nullâ in re potest ei æqualis esse. 2. Quia basis
& fundamentum hujus æqualitatis est *ἰσὶα θεικῆς
ὁμοσὶα*, Joh. 5. v. 19. c. 10. v. 30. 1. Joh. 5. v. 7. &c.
At hæc est impartibilis, sicut & infinita ejus omni-
potentia & omnisapientia, &c. E. & æqualitas cum
Deo. 3. Quia qui est Deo in aliquo inæqualis, in
nullo ei est æqualis. 4. Quia Christus ceu perso-
na divina est Deo ἴσος, at non quoad humanam
naturam; Juxta hanc enim non est ὁμοσὶος Deo
Patri, sed inferior, Joh. 14. v. 18. 1. Cor. 3. v. ult. c. 11.
v. 3. c. 15. v. 28. Secundum hanc ergò à Paulo dici-
tur, *εἶναι ἴσαι θεῷ*, i. e. *καὶ ἴσαι*, seu *ἐν ἴσοις θεῷ*, sicut
ἄλλα sumitur Matt. 9. v. 14. Jac. 3. v. 2. Non ipsa
est

est ἴση, sed habet τὴν ἴσην, sine ἐξίσωσει cum Patre, propter diversum attributionis modum in differentibus seu diversis Naturis. Divinae naturae illa ἴση competunt τῇ φύσει, atq; sic ἴσως & ὁμοίως, Joh. 5. v. 18. 19. humanae verò naturae τῇ κοινωνία. Et sic sine exaequatione. 4. Quia aequalitas nititur fundamento ὁμοσιᾶς, & simul arguit distinctionem personae. Ibi Christus est ipse verus & unus Deus; hac v. non est Deus Pater, sed ἄλλος ab eo, attamen aequalis. Nemo n. sibi ipsi est aequalis, sed alteri, Ioh. 5. v. 32. c. 14. v. 16. c. 1. v. 14. &c. Quoad reliqua veritas facile patet.

7. Num ex eo sequatur, Christum h. l. non asseri verum Deum, qui factus sit verus homo; Quia 1. de Deo dici nequeat, quòd ille Deitatem suam, non duxerit rapinam, mordicus eam defendendo, sed eam deposuerit seu eâ se vacuaverit. Bene tamen de homine, apparentiam & similitudinem aliquam Deitatis, tanquam Dei donū adepti: Atq; sic non nostra, sed Photiniana explicatio scopo Pauli conveniat, 2. Quia hoc, quod suam cum Deo aequalitatem non duxit rapinam, eum commoverit ad sumendam mancipii formam; At verò si suam formam divinam duxit non rapinam sed suam divinam naturam, h. e. se esse ipsum Deum, non potuisse eum commoveri, ut seipsum inaniret, hoc enim in Deo vero fieri non oportere neque posse, 3. Quia forma servi non sit ipsa humana natura, sed esse velut servum; Et quia verba: In similitudine hominum factus, & repertus ut homo, non

idem significant, ac Filius Dei, verus Deus existens homo factus est, sed quod fuerit factus ut homo vulgaris, Psalm. 82. v. 7. Judic. 16. v. 7. 11. 17. Et *quæ* notet non internam hominis formam, sed ejusdem habitum, 4. Quia si Deus existens, homo factus sit, tum nulla vera fuisset humilitas, obedientia, inanitio, siquidem Deo altissimo talia non convenire possint? Negatur.

8. Num ex eo probetur, Christum non esse verum Deum, 1. Quia propter obedientiam usque ad mortem crucis superexaltatus dicatur à Paulo, Phil. 2. v. 9. Verum a. Deum esse altissimum, & propterea exaltari nequire; 2. Quia si vel maxime ipse esset unus Deus, per communicationem personalem ei secundum humanam naturam propter suam usque ad mortem obedientiam nihil dari potuit, utpote qui secundum humanam naturam jam tum à conceptione omnis divinæ celsitudinis particeps erat, prout nos ipsi æstimemus; 3. Quia absurdum sit dicere: Deus se humiliavit, ipse homo factus est: Humanitas autem ejus exaltata est; Sc. alius se humiliavit, alius verò præmium propterea accepit, 4. Quia ad Dominium ille per obedientiam suam usque ad mortem crucis pervenerit, ac proinde non à seipso talis Dominus existat, sed à Deo factus sit; 5. Quia à Deo superexaltatus sit, proinde eum non esse ipsum Deum, & à Majestate & virtute ejus summam, quam acceperit, non licere argumentari ad æternam ejus Deitatem? Negatur.

9. An Phil. 2. v. 10. jubeamur nos incurvare non reverentiâ externâ, siquidem Angeli & Diaboli

boli genua non habeant, & non dicatur, in nomine Jesus, sed in nomine Jesu h.e. in nomine, quod Jesus habet, ac superstitiosus mos sit, nominato nomine Jesu genua flectere, & non item nominato Christo aut Deo, verum reverentiâ internâ seu genuum flexione metaphoricâ tantum, idq; propter potentiam & dominationem acceptam? Neg.

10. An opus exaltationis nequeat in Dei gloriam cedere, si Christo nihil reverâ dederit, sed is antea, juxta nos, omnia habuerit? Et num ex eo Christus evincatur non esse verus Deus, quia honor Christi non in Christo, sed in Deo acquiescat & recumbat? Negatur.

11. An Christus sit purus & merus homo ratione essentiae, non verò ratione qualitarum, ita enim illum esse aliquid amplius, quàm omnes reliqui homines, imprimis ab eo tempore, quo exaltatus fuit, ita ut nunc queat reliquis hominibus opponi, quasi jam non homo sit, ut Gal. 1. v. 1. Nec novum esse, aliquem ob aliquam præcellentiam excludi, ex eorum numero, ad quos aliâs spectet, ut Marc. 16. v. 5. Act. 5. v. 29. Negatur.

12. An Christus ante suam passionem & mortem non fuerit ut alius homo, sed ut Deus? Et an, quòd Christus nunc in statu Exaltationis etsi homo sit, tamen longè aliud corpus habeat, quàm homines in hoc mundo habent, horum enim corpora ex terrâ & carne ortum suum habere, illius verò corpus, quod jam habet, postquam glorificatus est, originem suam non habere ex terrâ & carne, sed de cœlo & ex spiritu, probari possit ex 1. Cor. 15.

v. 47. 2. Cor. 13. v. 4. 1. Pet. 3. v. 18. ? Et an eum, etsi
 ejus essentia non alia, quàm hominis ἁγία est, ni-
 hilominus uno genere λατρείας divinæ secundum
 Deum & simul cum Deo venerari debeamus, quo
 aliàs ipsum Deum honoramus, qui ipsi proprium
 suum thronum occupandum tradidit, Apoc. 3. v.
 21. c. 5. v. 13. ? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis XIII. AntiPhotinianæ,
 Respondente BERNHARDO DOLLMANNO
 Rigâ-Livono,
 De officio Christi Prophetico, & in specie
 de promissionibus ejus,
 Quæstiones:

1. AN Photiniani rectè de Officio Christi doce-
 ant, statuentes illud in eo consistere, quòd
 nobis Dei voluntatem de æternâ salute, quæ nobis
 dari debet, manifestârit, eandemq; exequatur?
 Negatur.

2. An, ex Joh. 10. v. 34. Psalm. 82. v. 6. evinci
 possit, 1. Christum nominari Filium Dei & Deum,
 ob officium propheticum ? 2. Missionem ejus in
 mundum, nihil aliud esse, quàm officium illud, seu
 munus annunciandi Evangelium; 3. Sanctificatio-
 nem ejus in se comprehendere plenitudinem Spi-
 ritus, quâ ultra mensuram repletus sit? Negatur.

3. An Joh. 1. v. 1. Christus λόγος appelleretur &
 sic etiam Deus, ob nullam aliam causam, quàm ob
 officium

officium propheticum, aut sanè potissimùm propter illud, Heb. 1. v. 1. Neg.

4. An 1. voluntas Dei ab æterno sit, juxta magnam & meram ejus gratiam, (sensu Photiniano) ut homines à peccatis suis conversi & piè sancti; & viventes, & non recedentes omnium peccatorum suorum veniam accipiant & post resurrectionem ex mortuis æternam vitam acquirant; Quæ Dei voluntas & decretum non potuerit suum sortiri eventum & finem, nisi per Filium Dei nobis revelaretur, Joh. 1. v. 18. ? 2. Num propterea etiam Christus vocetur imago Dei inconspicui, 2. Cor. 4. v. 4. Col. 1. v. 15. Heb. 1. v. 3. ein Abbildung oder Abdruck seiner substanz / quòd nobis invisibilem Deum i. e. ejus voluntatem & virtutem (essentiam enim Dei hominibus ostendere esse impossibile & nobis respectu consilii Dei prorsus inutile) quantum salus nostra requirebat, visibiliter monstrârit? 3. Et an illa visio, de quâ Joh. 12. v. 45. de aspectu divinæ voluntatis, non essentiæ (1. Tim. 6. v. 16.) intelligenda sit juxta sequentia Christi verba, cum primis v. 48. Ac per consequens, inde non evinci possit ὁμοσιία Christi cum Patre, cum videre in S. Scripturâ sæpe idem notet ac novisse, & vox Deus non semper essentiam Dei, sed & interdum solam ejus voluntatem notet, sicut & vox, Christus seu Filius Dei, non semper pro ipsius personâ, sed & non raro pro ipsius doctrinâ seu Evangelio sumatur? 4. Num, nisi tò videre d. l. ita accipiatur, hoc absurdum inde sequatur, quòd qui Christum i. e. ejus personam viderit, simul quoq; personam Dei Patris

tris viderit, imò quia Christus non aliter, quàm in humano & carnali corpore visus est, quòd illud Dei Patris corpus fuerit? Negatur.

5. An hæc duo 1. quidnam Deus nobis per Christum promiserit, 2. quidnam nobis per illum præceperit, sensu Photiniano, verè sint cardinalia puncta totius Christianæ religionis, ex 1. Joh. 2. v. 3. ? Et an Deus nobis magnam mercedem promiserit, si præcepta ejus servemus, & spes ejus, nihilq; aliud per se nos promptos reddat ad Dei præcepta observanda, ex 1. Joh. 3. v. 3. ? Negatur.

6. An remissio peccatorum & vita æterna non sint res distinctæ seu diversæ, sed unum idemque; Et Deus verè aliud quippiam nobis non promiserit, quàm vitam æternam? Neg.


7. An Christus fuerit primus, qui vitam æternam manifestarit, quia in V. T. non fuerint promissiones vitæ æternæ? Negatur.

8. An Deus 1. Tim. 4. v. 8. piorum obedientiam in N. T. non hujus mundi bonis, ditioribus, voluptatibus, &c. remunerare promiserit, sed tantùm, quod etiam in hac vitâ ipsorum curam gerere, & illud omne, quo indigeant, dare velit; Temporalis verò remuneratio illos propriè concernat, qui ante Christum fuerint, in primis sub V. T. ? Negatur.

9. An Photiniani (quamvis sentire nolint, illos qui ante tempora Christi in Deum crediderunt, salvatos non esse, siquidem nil omnino obfiter, cur Deus non plus debuerit vel potuerit ipsis dare, quàm ipsis promiserit, nihilominus) probare possint,

possint, Patribus V. T. non fuisse datas promissiones vitæ æternæ, ob differentiam V. & N. T. observandam, idq; ex Heb. 8. v. 6. 2. Tim. 1. v. 10. Job. 1. v. 18. & Heb. 7. v. 19. ? Negatur.

10. An spes illa melior, sit Spiritus & virtus Dei, literæ i. e. legi opposita, 2. Cor. 3. v. 6. Quæ virtus Dei sit Evangelium, Rom. 1. v. 16. 1. Cor. 1. v. 18. Quæq; virtus Dei duntaxat & nihil ultra requiratur ad corda nostra permovenda & corroboranda, ut Deo omnem obedientiam juxta præcepta Christi constanter præstare velimus & possimus? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis XIV. AntiPhotinianæ,

Respondente PHILIPPO VIETORE Trior-
baco-Mosellano,

De Præceptis Christi, & in specie de præcepto illo:

Non occides;

Quæstiones:

1. **A**N Christus in officio suo Redemptorio consideratus, Decalogum novis præceptis adau-
xerit & perfectiorem reddiderit? Negatur.

2. An Matt. 5. v. 17. tò implere legem notet non
hominum inobedientiam per suam perfectam o-
bedientiam compensare, i. e. legem divinam pro
nobis seu vice & loco nostri perfectè & plenè ob-
servare, verùm Decalogum plenum reddere, sive
illud addere, quod desit? Negatur.

3. An Matth. 5, Christus præcepta divina à fal-
sis

sis Phariseorum & Legisperitorum interpretationibus repurgarit, an verò Christus verba sua verbis legis simpliciter opponat? Prius negant Photiniani ex eo, quòd falsarum glossatum nullo ibi verbulo fiat mentio; Posterius affirmant. Nos, quos Photiniani propterea putativos Christianos appellant, prius affirmamus, posterius negamus.

4. An Christus postquam v. 20. Phariseorum & Scribarum justitiã fictitiã & non illam, quam lex postulat, taxavit, transierit ad legem reformandam & completiorem reddendam? Et an posito, illum v. 20. de justitiã legis non loqui, non tamen propterea sequatur, eum de justitiã per falsas legis interpretationes efficiã loqui, siquidem ipsius verba de imperfectã justitiã, quam legi præstabant, intelligi queant; Et sic nos nihil pro interpretatione verborum Christi, juxta nostram sententiam obtinere posse? Negatur.

5. An Matr. 5. v. 21. 22. quoad præceptum: Non occides, Christus aliquid vetuerit, quod in veteri lege vetitum non fuerit, sc. fratri i. e. cuilibet de populo non esse iniquè & leviter irascendum, nec eum esse criminandum, & quidem sub pœnã æternæ damnationis, quam Christus expressè quidem non memoret, licet ibi demum, (idq; adhuc sub nomine ignis gehennæ) ubi terrere voluit, ne quis fratri suo dicat, fatue, subinnuat, conf. 1. Cor. 6. v. 10. Gal. 5. v. 20. 21. ? Negatur.

6. An illi, qui in suis scriptis heterodoxos, & sic etiam Photinianos cum irã aliquã, indignatione & zelo, confutant, scommatum & convitiis eum ipse

ipso accusandi sint, nec illi se excusare possint exemplo Christi & Pauli, qui indignationem & aspera verba ex zelo pro gloriâ divinâ & ex desiderio salutis humanæ adhibuerint, sed illi studio vanæ gloriæ id agant, Gal. 5. v. 26. ac proinde indigni sint vitâ æternâ, 1. Cor. 6. v. 10. c. 5. v. 11. ? Negatur.

7. An raka, differat quoad sensum ab eo, quando aliquis aliquem vocat fatuum ? Aut raka nil aliud notet, quàm fratrem vocare hominem vanum & nihili nulliusq; momenti ? Negatur hoc, illud v. affirmatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis XV. AntiPhotinianæ,
Respondente HERMANNO POELMANNO
Neostadiensi-Westphalo,

De Præceptis illis: Non mœchaberis; Non pejerabis; Non resistes malo, Diliges inimicum tuum,

Quæstiones:

1. **A**N Christus præceptum illud: Non mœchaberis, reddiderit completius & perfectius, 1. Quia Matt. 5. v. 28. ipse etiam aspectus uxoris proximi, ad concupiscendam eam, asseratur adulterium, id quod in V. T. nusquam legatur; 2. Quia ib. v. 31. legem illam veterem Christus abrogârit, quâ simpliciter permissum fuerit, mulierem, si cui non placuerit, dimittere, & aliam ducere, ipse Christus autem hoc permiserit tantùm propter fornicationem à muliere patratam; 3. Quia in V. T. licuerit plures

plures unâ uxore habere, id quod in N. T. non liceat, 1. Cor. 7. v. 4. Ubi Paulus maritum & uxorem faciat pares; Ac in V. T. viri aliâs Deo placiti, præter suas uxores aluerint concubinas, nec tamen à Deo propterea puniti sint? Negatur.

2. An Christus præcepto illi: Non mœchaberis, etiam hoc addiderit, ut omnem lortationem, impuritatem, ac etiam omnem sermonem turpem & obscœnum, & scurrilitatem & jocos nobis interdixerit? Negatur, quia etiam in V. T. talia vetita fuerunt.

3. An ad præceptum illud: Non mœchaberis, pertineat, ne fidelis infidelem uxorem ducat, & vice versâ, ne per ejusmodi connubium fidelium corda seducantur, 1. Cor. 7. v. 29. Exod. 34. v. 16. Deut. 7. v. 3. 4.? Negatur.

4. An Christus verba sua de juramentis, Matt. 5. v. 33. 34. opponat, non corruptelis Pharisæicis, sed verbis Moïsi? Negatur.

5. An Moïses & Prophetæ in V. T. sola perjuria seu juramenta falsa & mendacia veruerint, idq: ob partic. Hebraicam, schav, Exod. 20. v. 7. quæ notet mendacium, Exod. 23. v. 1. Deut. 5. v. 20. non autem juramenta levia, vana, temeraria, futilia, minusq; utilia & necessaria, utpote quæ ille concesserit, Christus verò in N. T. primùm tam illa, quàm hæc prohibuerit, ne majestas & autoritas Dei extenuetur apud nos? Negatur, quia etiam in V. T. vetita fuerunt.

6. An Anabaptistæ, qui prorsus nolunt jurare, vi verbi Christi, ὅλως, omnino, quosq; Photiniano

nico ipso errare dicunt, nihilominus fanatici & heretici non sunt appellandi, sed amandi & pro fratribus nostris agnoscendi, eò quòd exinde innocescat, illos Deum timere, siquidem maluerint damnnum pati, quàm jurare, ne Christi mandato ad- versentur? Negatur.

7. An præcepto illi: Non assumes nomen Do- mini in vanum, in N. T. additum sit, quòd non so- lum Deum, sed etiam Christum in testimonium vocare possimus, eò quòd sit scrutator renum & cordium, Apoc. 2. v. 23. ? Negatur.

8. An Matt. 5. v. 38. Christus omnem omnino vindictam tam publicam, quæ fit per Magistratum, quàm privatam, quæ per nosmet ipsos fit, prohi- buerit, uti cum Anabaptistis etiam Photiniani sen- tiunt, Moses autem vindictam privatam vetuerit, publicam verò solùm permiserit, non autem jusse- rit & sanxerit? Neg.

9. An liceat quidem opem & protectionem Magistratus (id quod Anabaptistæ perperam ex Matt. 5. v. 40. negant,) contra violentiam, injustiti- am, &c. implorare, nihilominus, si certò sciamus, per hoc adversarium nostrum in periculum mortis deventurum vel aliàs in ingens aliquod etiam cor- poris damnnum prolapsurum, omnem violentiam & damnnum, ab ipso nobis illatum, perpeti debeat- mus, eò quòd vindicta nil aliud sit, quàm procura- re, ut illi, qui nobis malum intulit, malum repen- datur, contra Rom. 12. v. 21. ? Negatur.

10. An licitum quidem sit, seipsum defendere, an illicitum sit, in defensione magnum & pericu-
losum

iosum damnum adversario inferre, & multò magis, eum occidere, hoc enim non solùm legē Christi, de dilectione inimici, Matth. 5. v. 43. 44. sed etiā leges civiles non concedere; Unde in aliquibus locis moris sit, ut qui in sui defensione aliquem interficit, vicissim interficiatur; Aut saltem ille, qui se tuendo alterum occidit, neque condemnandus, neque justificandus sit, eò quod ad bonam coram Deo habendam conscientiam longè melius & certius sit, ut nos occidi potiùs permittamus, quàm ut alterum occidamus? Et an Deus illum qui ei verè servit, ab eiusmodi casu conservatum custoditurus sit? Negatur.

11. An liceat quidem opem Magistratus implorare, sed 1. ut vel sine omni pœnâ, simplici edito hominem malum coërceat, vel si eum plectit ad eum emendandum & alios refrenandos, ut tamen vita ejus non lædatur, neque corpore inhabilis reddatur? 2. Ut coram Magistratu conveniantur non fratres fidei quæ nostræ domestici, sed illi, qui foris sunt, quales illi sint etiam, qui ab Ecclesiâ sæpiùs admoniti parere nolint, 1. Cor. 6. v. 1. seq? 3. Et an nos præceptum illud Christi, Matt. 18. v. 15. 16. 17. parùm sciamus & observemus? Negatur.

12. An licitum fuerit in V. T. inimicum odisse, Christus autem in N. demum præcipiat nobis eum diligere, Matth. 5. v. 43. 44. Atque sic Christus veteri legi aliquid addiderit, ejus permissionem corrigendo? Id quod 1. Quia possibile sit, illa verba: Et odio habebis inimicum tuum, in lege uspiam scripta extitisse, tametsi hodie in illâ non reperiantur, sicut & illud,

& illud, Matth. 2. v. 23. 2. Quia quoad *Ἀγνοίας* in lege scriptum sit: Odio habebis inimicum tuum, dummodo notetur, per inimicum intelligi peregrinum extra populum Israël, quem licuerit Israelitis odisse, Christus verò id prohibuerit. Intelligi enim talem inimicum, qui proximo opponatur, at hunc in totâ lege non esse nisi Israëlitam, Lev. 19. v. 18. ubi filius populi tui postea dicatur, proximus. Atque ita Exod. 23. v. 4. 5. sermonem esse de inimico, ex populo Israël. oriundo, cum quo inimicitia.

3. Quia, etiam concessio, Mosen jussisse, ut inimicum diligamus, nihilominus ille concesserit, vindictam oculi pro oculo, quod Christush. l. emendârit, adeò ut dilectio inimici apud Mosen, Exod. 23. v. 4. 5. cum dilectione inimici à Christo promulgatâ, collata meritò pro nullâ dilectione sit habenda.

4. Quia verba Salomonis Prov. 25. v. 21. contineant non præceptum, ut apud Paulum, sed tantum admonitionem ad tam præstans opus. Neg.

CVM BONO DEO!

Disputationis XVI. Anti Photinianæ,

Respondente JACOBO TILHEINIO Hollandiâ Prusso,

De Bello, Magistratu, & Disciplinâ Ecclesiasticâ,

Quæstiones:

1. AN prohibitum sit, non quidem arma gestare in terrorem latronum & in defensionem ad-

D

versus

versus canes & bestias, verum illis aliquem occi-
DERE; Præstare enim armis planè destitui, quàm
illis ita abuti? Negatur.

2. An prohibitum sit, (etiam juxta Anabapti-
stas,) Christiano in N. T. bella gerere, 1. Quia pu-
gnet cum dilectione inimici, Matt. 5. v. 45. 46. seq.
2. Quia Christianis Deus nulla bona terrestria, ut
olim Israëlitis assignârit, sed è contrario mandârit,
ut terrâ spretâ, cœlum quærant, Col. 3. v. 1. 2. Heb.
13. v. 14. 3. Quia Christianorum propria virtus
sit, malle injuriam pati, quàm se ullatenus ulcisci
velle; 4. Quia Patres fere omnes in hâc opinio-
ne fuerint, adeoq; Augustinus, etiam si videatur
bellum concedere, in contrariam tamen senten-
tiam magis propenderit; Etiam Erasmus Roterod.
& Lud. Vives bellum prorsus improbarint? Ne-
gatur.

3. An Magistratus sit quidem divina ordinatio,
& Christianus officio illo fungi queat, ita tamen, ut
illud fiat (etiam juxta Anabaptistas in Colloq.
Franckenthal. art. 5. act. 24. p. 489.) SINE SANGUI-
NIS EFFUSIONE ET BELLO, hæc enim cum MAN-
DATIS Christi, quæ non permittant aliquem occi-
cidi, pugnare; Ne autem malum impunitum re-
linquatur, officium illud peragi debeat tantùm
PER MULCTAS, carceres, duos labores, verbera
& plagas vel etiam alios cruciatus, dummodò vitæ
hominis non noceant, neq; ipsum ad laborem red-
dant ineptum, tandem etiam per publicam IGNO-
MINIAM, id quod mandatis Christi haud adverte-
tur; Idq; propterea, quia capitalis pœna malefi-
corum

corum ex N. T. probari nequeat, tanquam à Deo mandata; Rom. 13. v. 4. autè NULLUM MANDATUM dari, neq; aliquid cōmemorari, quod CHRISTIANOS attineat; Et voce GLADII figuratè notari non plus, quàm pœnam & severam castigatiōnem, sicut & Matt. 10. v. 34. Aliàs si gladius Rom. 13. v. 4. PROPRIÈ sumetur, &c, sequi hoc absurdum, quod Magistratus planè nullam inter maleficos differentiã tenere debeat, & tam parva, quàm magna maleficia gladio punire teneatur? Negatur.

4. Num hoc valeat: Mosis leges nos nihil concernunt, quoad politica mandata, E. neque i. nos concernet præceptum de nonnullis maleficis occidendis, idq; 2. eò minus, quò magis illud præceptum cum dilectione Christi pugnat. Cùm enim 3. maleficus interficitur, facilè fieri poterit, ut anima unà cum corpore intereat, siquidem nullus hominum scire possit, num is sinceram de peccatis suis egerit pœnitentiam; Si autem 4. in vivis relinquitur, se emendare potest, ad quod etiam pœnæ suprã recensitæ ipsi conducere queant? Neg.

5. An interfectio furum 1. tam consentiat cum dilectione quàm Diabolus cum Christo? 2. cum omni omnino æquitate pugnet, quia pecuniæ & opes, quantæcunque etiam sint, cum hominis vitâ comparari non possint? 3. cum lege Mosis, quæ dilectioni & æquitati sit vicinior; Atque inde illa lex sanguinaria de furum suspensione non ex zelo divino & amore justitiæ, sed ex spiritu hypocritæ & vindictæ cupiditate, simul & avaritiã proficiscatur? Negatur.

6. An Gen. 9. v. 6. contineatur non mandatum de homicidarum occisione, sed tantum divini supplicii comminatio, sicut & Matt. 26. v. 52. Atque ita Christianus bene sine sanguinis effusione, utpote quam lex Christi & dilectio verent, officium Magistratus administrare queat, quandoquidem nullum mandatum de occidendis facinorosis, quod Deus perpetuò permanere voluerit, monstrari queat, & facinorosi non solum morte, sed etiam ALIIS MEDIIS puniri possint? Negatur.

7. An Magistratus 1. possit & teneatur etiam bello & sanguinis effusione subditos suos tueri? An verò 2. alia media suas ditiones & subditos defendendi, sine bello & sanguinis effusione, inveniri possint, v. 9. tò pacem quærere, cum vicinis amicitiam colere & fœdera pangere, ita enim neminem illis nociturum esse, 1. Pet. 3. v. 13. Et 3. populo verè pœnitentiam agente, quòd Deus non sit permissurus, ut aliquis eum hostiliter invadat, nec Deus 4. comminationes suas tum exequatur sed decretum suum annihilat seu irritum reddat, Jer. 18. v. 7. Quin & 5. Deus propter peccata regna puniat & transferat, Dan. 2. v. 21. Esa. 37. v. 16. His ergò sublatis, non opus esse, ut mala amplius meruantur, Prov. 28. v. 2. Matt. 11. v. 23. Apoc. 3. v. 10. Imò & Deo volente, 6. Alii cuiusdam dare renum, frustra belligerari, prout pateat ex exemplo Zedekiaë, Darii, Dan. 8. v. 5. Christianorum contra Turcam &c? Atque sic an satius sit in casu necessitatis alio modo publicæ calamitati, quam ab hoste metuimus, maturè prævenire, seq; coram potente humi-

humiliare, quàm ancipitem belli eventum expectare? Et licet 7. HOC PRINCIPIBUS displiceat, an illud ex eo attendi non debeat, quia Evangelium sapientum & potentum hujus mundi proposito concordare nequeat, 1. Cor. 1. v. 26. Negatur.

8. An sola Ecclesia Christi 1. DISCIPLINAM ECCLESIAVICAM (præter quam nullum aliud iudicium & regimen, sicut & nullum alium Regem, Dominum & Magistratū suum quàm Jesum Christum, agnoscat,) ita administret, ut ne minimā quidem ex parte in ejus executione, politico Magistratu utatur? 2. HÆRETICOS punire liceat non solum nullo capitali supplicio, sed etiam nullo alio modo, sc. carceribus, cruciatibus, ignominia, exilio, &c, idq; ex Tit. 3. v. 10. Rom. 14. v. 1. 3. 1. Tim. 5. v. 20. tō peccare noter non semel peccare, vel opus peccati patrare, sed solum in peccatis perseverare, & tales peccatores solum sint coram totā Ecclesiā redarguendi? 4. Inter excommunicatum & peregrinum nulla sit differentia, & devitatio fratris 1. Cor. 5. v. 11. excommunicatos non concernat, sed illa sit castigatio peccantis fratris, ne desinat esse frater, neve excommunicetur 2. Thess. 3. v. 14. Ac proinde excommunicati non sint devitandi; Matt. 18. v. 17. autem excommunicatus prorsus devitari non jubeatur, sed eum impium esse edoceatur. 5. Nusquam mandetur, hominem aliquem Sathanæ tradere, Paulus autem hanc in parte aliquid singulare habuerit, 1. Cor. 5. v. 5. Interim tō tradere Sathanæ explicari queat, pro nō declarare & manifestare, quòd is, qui à peccatis abstinere

non vult, se à Christo abalienârit, & Diabolo tradiderit, sicut Sacerdos V. T. Levit. 13. v. 3. dicatur leprosum impurâsse i. e. impurum declarâsse? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis XVII. AntiPhotinianæ,

Respondente REINHOLDO DERSCHOW

Regio-Montano Prusso,

De Hominis esu, Avaritiâ & Dilectione ac

fraternitate Christianâ,

Quæstiones:

1. **A**N Moses a. nihil de esu, potu, vestitu & similibus præceperit, quod modestiam & temperantiam concernit, idq; propterea, ne videretur terrestrem felicitatem, quam promiserat, revocare, ac proinde ipsis concesserit, ut in esu, potu, vestitu, &c. voluptatem quærerent. Negatur ex Prov. 20. v. 1. c. 21. v. 17. c. 23. v. 20. c. 31. v. 4. Ezech. 16. v. 49. Hof. 4. v. 11. c. 7. v. 5. Joël. 1. v. 5. Sir. 19. v. 2. Deut. 21. v. 20. Adde Sir. 10. v. 10. seqq. Esa. 3. v. 16. Zeph. 1. v. 8. Porro an b. Esa. 5. v. 11. 22. nō simpliciter potatio reprehendatur, sed propter illam causam, ceu ebrietatis annexum, quod opus Domini non respexerint, v. 12. Amol. 6. v. 6. ? Sicut & , num c. Esa. 3. v. 16. luxuriam in vestitu Deus prohibuerit non ceu malum, sed ceu beneficia enumeret, quod sc. in abundantia vivere potuerint, ipsi verò oblitati sint? Denique d. num in libris Salomonis & Siracidis istas delicias & voluptates simpliciter non venari,

tari, ex eo constet, quòd hominem moneant, ut voluptates seclretur, Eccl. 2. v. 24. c. 3. v. 12. seq. c. 5. v. 17. seq. c. 3. v. 15. c. 9. v. 9. quale in N. T. non repariatur; Et quando aliquid de moribus dicunt, quod in Mose expressè sive mandatum sive prohibitum non est, an illud non plus valeat, quàm alius sapientis viri prudens consilium & doctrina, cui si quis obedierit, bene ipse fecerit, sin minus, non evestigio in Mosen peccarit? Negatur.

2. An in lege Mosis 1. non inveniatur, quòd Deus obscæna verba, jocos, ineptiasq; aulicas, mendacia, imprecationes & convitia expressè prohibuerit? Negatur nò solùm ex Exod. 20. v. 16. Levit. 19. v. 11. 14. 16. Psalm. 5. v. 7. sed etiam ex Levit. 19. v. 2. 18. 2. Christiano non solùm ipsa sordida crapula & heluatio, quam sensuum perturbatio sequitur, sit prohibita, (quod aliàs verum est,) sed etiam omnia symposia & convivium per se simpliciter etiam si perturbatio sensuum non sequatur Rom. 13. v. 13. Gal. 5. v. 21. ? Negatur ex Joh. 2. v. 1. seq. Luc. 14. v. 1. 8. & Plal. 104. v. 15. Sir. 31. v. 31. seq. Judic. 9. v. 13. Conf. Gen. 18. v. 6. c. 21. v. 6.

3. An Deus in esu, potu & vestitu non nisi conservationem & necessitatem admittat, extra illam verò nihil ampliùs planè, idq; ex mandato de dilectione proximi, ut & ex 1. Tim. 2. v. 9. 1. Pet. 3. v. 3. ? Negatur, quia licet omnis superfluitas, fastus & pompa illicita, in V. & N. T. vetita sit, nihilominus Deus hilaritatē & distinctionē ut status seu ordinis, sic etiam vestitus & esus concedit, Eph. 6. v. 5. Col. 3. v. 22. Jugum proinde & superstitio Anabaptista-

rum est, hoc nimis restringere. Conf. Matt. 6. v. 29.

4. An Avaritia sit non tantum IMMODERATA cupiditas facultates & divitias corradendi & possidendi, sed etiam cupiditas, quæ plus habere velit, QUAM NECESSITAS vitæ sustentandæ requirit, seu QUÆRERE id, quod RESIDUUM est, seu quodlibet STUDIUM DIVITIARUM, ita ut Christiano nullo modo liceat divitias QUÆRERE? Negatur ex 2. Cor. 12. v. 14. 1. Cor. 9. v. 10. 1. Tim. 6. v. 6. Col. 3. v. 5. Eph. 4. v. 28. Deut. 15. v. 6. c. 28. v. 12. &c.

5. An illa definitio, *Avaritiæ*, Photiniana probari possit ex Luc. 12. v. 15. & an locus ille ita verti debeat: *Sehet zu vnd hütet euch für dem Geth/dar niemand's Leben in dem bestehet / daß er etwas übriges hat / non, ut Luth. daß er viel Güter hat / quia aliud sit, multa bona habere, & aliud, aliquid superfluum & residuum habere? Et an syllogismus inde extractus valeat: Non nisi id est QUÆRENDUM, in quo hominis vita consistit; In eo autem quod residuum est, hominis vita non consistit, E. id quod residuum est, non est QUÆRENDUM; Jam verò avaritia non est QUÆRENDA sed fugienda, juxta Christum h. l. Ideò certum sit, quòd avaritia nihil aliud sit, QUAM QUÆRERE id quod *residuum* est, seu desiderare *plus*, QUAM vitæ nostræ sustentandæ necessitas poscit? Negatur.*

6. An ex 1. Tim. 6. v. 9. 10. probari possit, Studium divitiarum etiam minimum & temperatissimum, vocari *φιλαργειαν* i. e. avaritiã, idq; ideò, quia Apostolus illam opponat τῇ ἀυταρκειᾷ v. 8. descriptæ; Et quia non solùm immoderatum, sed etiam

etiam modicum divitiarum studium arguat, hominē ejusmodi alimentis & vestimentis (utpote quæ, ceu res ad vitæ nostræ sustentationem necessarias. Apostolus nominet & ita has valde angustis cancellis circumscribat,) nolle esse contentum, utpote ad quæ comparanda, divitiis nullatenus opus sit, permultos enim esse, qui necessaria vitæ subsidia habeant, quos tamen nemo pro divitibus habeat, tales enim esse medios inter pauperes & divites. Prov. 30. v. 8. ? Negatur.

7. An ex Matt. 6. v. 25. evinci possit, quòd si Christus curam victus & amictus vetuit, multò magis curam & studium parandarum divitiarum prohibeat, quia victus & amictus ad usum hominis necessariò requirantur, proindeq; ad divitias non pertineant ? Negatur.

8. An res ad vitam nostram sustentandam necessaria, ultra quas plus conquirere non liceat, sint tegumenta & alimenta i. Tim. 6. v. 8. præcisè & angustis cancellis ita circumscripta ? Negatur.

9. An dilectio à Mose præcepta, differat à dilectione in Evangelio mandatâ, ratione objecti, dum ibi inimicus diligendus præscribatur tantùm, qui fuit Israëlita : Hic verò quilibet homo, etiam omnis inimicus & infidelis sit diligendus, Luc. 10. v. 13. &c. ? Et an propterea nullus Christianus propter suam peculiarem in religione opinionē, qualiscunque etiam illa sit, damnandus, aut pro fratre non agnoscendus, sed ex charitate tolerandus sit, Rom. 14. v. 1. &c, quia is fidem habeat in Deum & proinde etiam in Christum ? Et an hæc fides non

fit fiducia in Christum loco & vice nostri, & ad remissionem peccatorum nostrorum nobis impetrandam passum & mortuum, sed fiducia & obedientia Christi mandatis perfectè præstita, Joh. 14. v. 21. 1. Joh. 2. v. 5. ? Negatur.

10. An dilectio à Mose præcepta, *diliges proximum tuum sicut teipsum*, differat à dilectione Evangelicâ, ratione modi, dum illa restrictivè præcipiatur, ut tamen licuerit poscere oculum proximi pro oculo suo excusso, cum aliâs nullus, qui alteri oculum excussit, poscat, ut sibi ipsi itidem excuriatur, sed ut sibi gratia præstetur: Hæc verò non restrictivè, universaliter & *ἰν παντί* præcipiatur, ita ut interdictum sit nobis à Christo, malo resistere & malum malo rependere, è contrario præceperit ille nobis, malum bono vincere? Dumq; Christus à nobis aliquid amplius requirat, sc. ut proximum nostrum plus diligamus, quàm nos ipsos, & pro ipso vitam nostram ponamus, Joh. 15. v. 13. 1. Joh. 3. v. 16. quâ de re nil præceptum fuerit in lege, Christi verò præceptum sit proprium, Joh. 13. v. 34. 35. adeoq; dilectio hæc sit omnium maxima & perfectissima, quæ nos salvet & immortales reddat, 1. Joh. 3. v. 14. Proindeq; nullum aliud medium sit sive via assequendi vitam æternam, quàm duntaxat obedientia, præceptis Christi præstanda?

Negatur.

CVM



CVM BONO DEO!

Disputationis XIIII. AntiPhotinianæ,

Respondente PHILIPPO HIRTZWIGIO

Bursbacensi Wetteravio,

De libero hominis Arbitrio,

Quæstiones:

I. **A**N ex verbo Dei probari nequeat, 1. quòd primus homo ante lapsum fuerit immortalis, sanctus & justus creatus, & quòd hæc ejus natura sit corrupta & deperdita, quia si 2. ad imaginem Dei seu similis Deo in immortalitate & justitiâ creatus fuisset homo, tum ille nullo modo potuisset mori & peccare, siquidem Deus sic sit immortalis & justus, ut nullo modo queat mori vel peccare; Cùm autem homo peccaverit, & mortuus sit, idèò imaginem Dei, in quà homo conditus fuerit, non fuisse immortalitatem & justitiam, sed 3. aliud quippiam, quod adhuc hodie sit in homine, Gen. 9. v. 6. Jac. 3. v. 9. sc. primò & potissimùm imperium hominis in bestias, Gen. 1. v. 26. & deinde hominis rationem, sine cujus usu homo nequeat in creaturas dominari? Negatur.

2. An, quòd homo primus fuerit **MORTALIS** creatus, probari possit, 1. Quia Deus hominem etiam ante lapsum destinârit procreandis liberis, Gen. 1. v. 29. Immortales autem, qui sunt, liberos non procreent, Luc. 20. v. 35. 36. 2. Quia homo ab initio sit usus cibo, Gen. 1. v. 29. Cibus autem nil commune habeat cum immortalitate, 1. Cor. 6.

v. 13. 14.

v.13.14. 3. Quia homo etiam ante lapsum habuerit corpus animale, Gen.2.v.7. Corpus autem animale sit mortale, 1. Cor.15. v. 43. 44. 45. 4. Quia homo naturâ fuerit terrenus, i.e. è terrâ formatus, **TERRENUM AUTEM ET MORTALE** Paulo sint idem, 1. Cor.15.v.47.48.49.50. 5. Quia Christiani ipsi sint mortales, quod fieri nequeat, si mortalitas non sit naturalis sed peccati pœna, & sic Diabolus, author peccati, etiam causa mortalitatis esse queat: Siquidem Christus omnia suorum fidelium peccata sustulerit, & in hoc apparuerit, ut opera Diaboli destrueret, 1. Joh.3.v.8. 6. Quia Deus etiam arborem vitæ, ut de eâ primus homo comederet, in Paradiso posuerit; At non opus fuerit propter eum, qui naturâ immortalis sit, vitæ arborem conserere, eiq; ad comedendum tradere, 7. Quia omnes causæ mortalitatis nostræ naturalis fuerint in homine, antequam peccârit? Negatur.

3. An Gen.2.v.17. & Rom.5.v.12. sermo sit non de naturali mortalitate, ac si hæc per peccatum, seu pœna introducta fuerit, sed de ipsâ morte necessitateq; moriendi, quæ sit peccati pœna; Potuisse enim Adamum per Dei gratiam à morte conseruari, si non peccâisset, vel etiam si mortuus fuisset, à morte resuscitari & immortalem fieri, quo beneficio ipse per suum peccatum posteros suos privârit, non propterea, quasi Deus ipsis peccatum sui parentis imputârit, sed quia ii ab ipso originem trahant? Negatur.

4. An propterea negandum sit, **NATURAM** primi hominis per peccatum esse corruptam, atq; sic etiam

etiam liberum arbitrium, quod in ipso fuit, esse corruptum, 1. quia nulla indicari queat ratio, cur id fieri debuerit, 2. quia id fieri nequiverit, siquidem unus actus non faciat habitum, 3. quia prorsus nihil de ejusmodi pœnâ, quam Deus primi hominis inobedienciæ destinârit, in S. literis extet, sicut quilibet locum Gen. 3. perlustrans facillè intelligere possit? Negatur.

5. An sola peccata 1. actualia sint vera peccata? Et an falsum sit, 2. nisi Adam priùs peccâisset, posteros ipsius peccaturos non fuisse; Sicut enim Adam, etsi corruptus non fuerit peccato originis, nihilominus peccârit; Ita quoque fieri possit, ut reliqui homines peccent, & quidem graviter (quia peccatum Adami valde grave fuerit) etiam si non corrupti sint, neque peccatum ipsis hæreditariò insit? Negatur.

6. An Gen. 8. v. 21. agatur 1. non de naturali, sed de voluntariâ cupiditate & pronitate peccandi, neque de peccato originali, sed actuali, i. e. de malis operibus, quæ homo in proprio suo corde efformet & producat. 2. Quia Deus innuat, quòd hominis malitia, propter quam perdidisset hominem & cum eo totam terram, tantam vim apud ipsum habitura nō sit, ut propter illâ, terræ & quicquid super illam vivit, maledicere eamq; deperdere velit; At peccata ACTUALIA fuerint ista hominis malitia, quia actualia peccata & non peccatum aliquod originale fuerint causa istiusmodi maledictionis & exitii. 3. Quia ista hominis malitia, propter quam Deus hominem & mundum perdidit,

rit,

rit, dicatur malum cordis humani figmentum,
Gen. 6. v. 5. cuius Noë fuerit expertus, Gen. 6. v. 8. 9. ?
Negatur.

7. An Job. 4. v. 7. c. 14. v. 1. c. 15. v. 24. c. 25. v. 4.
propterea non agatur de peccato originali, 1. Quia
ibi de tali impuritate agatur, quæ ex parte etiam in
ipsis Angelis reperitur, c. 4. v. 18. c. 15. v. 15. qui ta-
men expertes sint, peccati originis. 2. Quia ho-
mo cum Deo comparetur, cuius respectu dicatur
impurus, utpote qui ex vili materiâ, terrâ sc. sit for-
matus, quæ impuritatis causa ibi allegetur, 3. Quia
Job. 15. v. 16. homo dicatur iniquitatem imbibere
aut hyperbolicè & figuratè, aut illud non de singu-
lis hominibus, sed de omnibus in genere neque de
ipsâ hominis naturâ, sed voluntariis ipsius operi-
bus intelligendum sit, siquidem veritati consonet,
quod ibi de eo agatur, quod fieri soleat, non autem
de eo, quod fieri oporteat. 4. Quia verba illa Job.
15. non Jobus, sed Eliphaz pronunciârit; Amici au-
tem Jobi plerumque non omnino bonam defen-
dant causam, & in libro Jobi multis de rebus pro &
contra disputetur ? Negatur. Adde Job. 14. v. 4.
c. 25. v. 4.

8. An Psalm. 51. v. 7. propterea nihil faciat pro
adstruendo peccato originali; 1. Quia loquendi
formula sit figurata & hyperbolica, siquidem Da-
vid non de uno peccato, sed quasi de multis, quæ
sint iniquitates & facta, loquatur; in quibus certè
nemo verè concipi possit; Sicut & illâ phrasi pec-
cata actualia exaggerentur & exprobrentur, Psal.
58. v. 4. Esa. 48. v. 8. Joh. 9. v. 39. Quamvis credibile
sit,

fit, Davidem non ad exaggeranda, sed potius excusanda sua peccata sic locutum, & in descriptione humanæ infirmitatis hyperbole hâc usum fuisse, quasi peccatum hominibus innatum sit, non autem quòd reverà res ita se habeat. 2. Quia David non de hominibus, sed de seipso tantummodò loquitur. Etsi enim in quolibet homine, nullo excepto, potentia peccandi sit, dici tamen nequeat, quòd propterea in unoquoque homine pravam concupiscentiam & pronitatem peccandi inesse oporteat, quia ea in multis reperiatur? Negatur.

9. An locus Rom. 5. v. 12. quia, *ἐφ' ᾧ*, vertendum sit, non *in quo*, sed *propterea, quia, quatenus*, intelligendus sit, non de peccato originali, sed de malis operibus, uti constet ex v. 13.? Et an v. 19. notentur non transgressores, qui re ipsâ peccârunt, seu veri peccatores, sed tales, cum quibus aliter actum non sit, quàm ac si peccâssent, ut 1. Reg. 1. v. 21. Sicut & in oppositione justi ibidem dicantur, non quatenus bona opera faciant, sed quatenus vitam æternam consequantur, quasi justî & perfecti, qualis Christus fuerit, utpote quibuscum Deus perinde ac cum ipso Christo agat, etsi tales reverà non sint: Ita & cum posteris Adami, qui morti æternæ etiam, obnoxii sint, velut Adamus propter suum peccatum, non aliter actum sit, ac si peccâssent? Atque ita an nullum peccatum originis sit, nullumque vitium ex peccato protoplastorum in posteros transmissum, neque ullum aliud malum aut damnum in eos traductum sit, quàm necessitas moriendi, & hi ejusdem cum Adamo, morti obnoxii,
condi


conditionis sint, tamen si ipsi in Adamo non peccarint, sed tantum quia originem suam ab Adamo per generationem trahant? Negatur.

IO. An (licet in OMNIBUS ferè HOMINIBUS valde magna quidem sit cupiditas & pronitas ad peccandum, non quidem propter primi hominis peccatum, sed inde & ideò, quòd homines ipsi per propria sua peccata & malitiam se corruerint, quam corruptionem ipsi postea in suos liberos per vim seminis propagarint,) ipsa tamen hominis natura per PRIMI HOMINIS peccatum neque corrupta neque immutata sit, & sic homo liberum arbitrium non amiserit? Atq; sic omnes ferme homines quamvis NATURÀ EXIGUAS vires, præcepta divina servandi habeant, VOLUNTATE M nihilominus ea servandi quilibet ex suâ propriâ naturâ habere possit, & si quis eam non habeat, id provenire ex peccandi CONSUETUDINE, per quam ille injustitiâ delectetur? Et an, tamen si vires hominis exiles sint, non tamen illæ adeò exiguæ sint, ut si Deus ipsi auxilium necessarium præstet, divinis præceptis verè obedire nequeant? Secus illi, qui non servant præcepta Dei, justè puniri non possint, neminem enim propterea justè puniri quire, quòd illud non fecerit, quod facere nequit, & Deum ejusmodi legem non dedisse, quàm nullus omnino servare posset, quia lex data fuerit ad vitam, Rom. 7. v. 10. Neg.

II. An auxilium Dei nobis ad conversionem nostri necessarium, sit tantum, externè quidem, ipsa legis divinæ promissio & comminatio, internè autem notificatio promissi boni quoad antenus in corde in-

da inscripta, & persuasio veritatis, quæ nil aliud sit, quàm commonefactio & obsignatio exterioris auxilii, i. e. suggestio, ad voluntatem Dei rectè intelligendam, secundùm Psal. 143. v. 8. 10. Psal. 119. v. 27. 33. &c; juxta 2. Cor. 1. v. 22 c. 5. v. 5. Eph. 1. v. 13. 14. Quarum illa propriè ad N. T. hæc verò ad V. T. pertineat, sicut enim in N. T. vera bona promissa sint, ita in V. T. voluntatem Dei, quoad bona opera, non ita ut in N. T. esse explicatam? Neg.

12. An ex auditu verbi externi Dei homo verè credere & obedire non possit, nisi Spir. S. intus in ipsius corde operetur & accendat fidem & obedientiam? An verò homo externum Dei verbum audiens, ipsemet promissis credere, & obedire possit, post quod accepturus sit Spiritum S. Act. 5. v. 32. Eph. 1. v. 13. Prov. 1. v. 7.? Affirm. prius, negatur posterius contra Photinianos.



CVM BONO DEO!

Disputationis XIX. AntiPhotinianæ,

Respondente GEORGIO PHILIPPO Stelnrück

Ensa. Waldecco,

De Prædestinatione & Iustificatione

Hominis,

Quæstiones:

1. **A**N Photiniani, tamen si absolutam hominum prædestinationem rejiciunt, nihilominus quoad hunc articulum gravissimos errores foveant, dum prædestinatos esse homines dicunt 1. Originali peccato carètes. 2. citra intuitum ad satisfactionem

E

nem

nem Christi, 3. econtra ad bona nostra opera, 4. non nominatim & individualiter, sed genus quoddam hominū? Affirmatur 1. quidē ex Rom. 9. v. 22. 23. 2. ex Eph. 1. v. 4. &c. 3. ex Rom. 11. v. 6. Eph. 1. v. 4. seq. 2. Tim. 1. v. 9. 4. ex Luc. 10. v. 20. Joh. 10. v. 3. Eph. 1. v. 4. Phil. 4. v. 3. 2. Tim. 2. v. 19. 1. Pet. 1. v. 1. 2.

2. An errent in eo, dum statuunt 1. Deum salutem hominis posuisse in ipsius arbitrio & potestate, 2. Electos perire posse, 3. Electionem quandam esse infirmiorē & magis communem, 1. Cor. 1. v. 26. 27. aliam verò firmiorem & magis propriam, Matt. 12. v. 14. 4. posteros Adami infantes, esse morti æternę obnoxios, etiamsi non peccārint? Affirmatur a. ex Jerem. 10. v. 23. 1. Cor. 2. v. 14. c. 4. v. 7. b. ex Dan. 12. v. 1. Rom. 8. v. 20. c. 11. v. 7. Joh. 10. v. 28. 2. Tim. 2. v. 19. c. ex Rom. 8. v. 29. 30. 1. Cor. 1. 27. 1. Thess. 1. v. 4. d. ex Rom. 5. v. 12. seq. Marc. 16. v. 16. Joh. 3. v. 17. 36. &c.

3. An nos coram Deo justificemur & salvemur 1. non per applicationem meriti Christi, hanc enim 2. viam esse facilem salvandi, & si illa vera sit, 3. omnes justos meritō stultos reputari, qui illā non contenti, vitam juxta Dei mandatum dies noctesq; instituerint, & martyria sustinuerint, sed per propria nostra opera? Negatur 1. ex Rom. 3. v. 28. c. 4. v. 1. seq. c. 6. v. 23. c. 11. v. 5. 6. Gal. 2. v. 16. Eph. 2. v. 7. 8. 9. 2. Tim. 1. v. 9. &c. 2. Ex Gal. 5. v. 6. 1. Tim. 1. v. 5. Jac. 2. v. 5. seq. 1. Joh. 2. v. 4. c. 4. v. 8. Phil. 1. v. 29. &c. 3. Ex Act. 10. v. 43. c. 15. v. 9. 10. 11. Rom. 4. v. 1. seq. Gal. 3. v. 6. 7. seq. ut & ex Tit. 2. v. 14. &c.

4. An 1. per nostram de justificatione nostri

senten-

sententiam hominibus anfa præbeatur in peccatis
 perseverandi? 2. Vera autem justificatio nil aliud
 sit, quàm quòd Deus nos pro justis habeat & pro-
 nunciet, & nobiscum perinde ac cum justis agat,
 peccata nostra auferendo, non per & propter sa-
 tisfactionem Christi, sed per remissionem? 3. Ec-
 an Christus non ideò venerit, ut nos in pristinum
 statum integritatis ante lapsum restitueret, sed bo-
 num longè melius nobis adferret? Negatur 1.
 Quia omnes causæ justificationis nostræ ad bona
 opera nos excitant; Gratia Dei, Tit. 2. v. 11. 12. & c.
 Meritum Christi, Rom. 3. v. 24. 25. 2. Cor. 5. v. 15.
 Tit. 2. v. 14. Heb. 9. v. 14. 1. Pet. 2. v. 21. & c. Ministe-
 rium verbi & sacramentorum, Phil. 1. v. 27. Rom. 6.
 v. 3. 4. 1. Cor. 11. v. 25. 26. & c. Fides, Gal. 5. v. 6. 1. Joh.
 3. v. 15. 2. Quia est contra Rom. 3. v. 24. 25. contra
 Dei veritatem, Gen. 2. v. 17. Inde nunc 2. Cor. 5. v.
 14. Gal. 3. v. 28. Iustitiam, Rom. 1. v. 32. 2. Thess. 1. v.
 6. contra legem ejus, Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. Inde
 nunc Matt. 5. v. 17. Gal. 3. v. 13. Rom. 3. v. 31. c. 10. v. 3.
 3. Quia pugnat cum Matth. 18. v. 11. Luc. 19. v. 10.
 1. Tim. 1. v. 15. 1. Joh. 3. v. 5. 8. Luc. 15. v. 4. Matt. 9. v.
 12. 13. Esa. 61. v. 1. Zach. 9. v. 11. Dan. 9. v. 24. Rom.
 5. v. 15. seq. 1. Cor. 15. v. 22. & c.

5. An justificatio nostri per satisfactionem Chri-
 sti sit ἀνεργαστος, 2. ἀνίσταστος, pugnans cum
 merâ Dei gratiâ, quæ satisfactioni sit opposita &
 quod Christus fecerit, idem esse, ac si nos ipsi illud
 fecissemus, juxta nos, 3. Honorem Dei obscuret,
 quasi Deus aut noluerit, aut voluerit quidem, aut
 nequiverit sine satisfactione Christi remittere pec-

cata; Si prius, tum ipse sit immisericors, & ipse non
 faciat, quod nobis præcepit, Matt. 18. v. 21. Sin po-
 sterius, aliquem eo esse superiorem, & eum minus
 posse, quàm quilibet Dominus, utpote qui servis
 suis debita remittere possit? Negatur 1. ex Matt. 20.
 v. 28. 1. Tim. 2. v. 6. Rō. 3. v. 24. 25. c. 5. v. 19. 1. Pet. 1. v.
 18. 19. 2. c. 2. v. 1. 1. Cor. 6. v. 20. c. 7. v. 23. Apoc. 5. v. 9.
 Gal. 3. v. 13. 2. Cor. 5. v. 21. Act. 20. v. 28. Col. 1. v. 14.
 1. Joh. 1. v. 7. 9. Zach. 9. v. 11. Psalm. 69. v. 6. &c. Ubi
 mentio fit talis redemptionis, quæ facta est emptione,
 solutione & pretio, sc. animâ, sanguine, maledi-
 ctione, obedientiâ, &c, Christi. 2. Ex Rom. 3. v.
 24. 25. 26. c. 6. v. 23. 2. Tim. 1. v. 9. c. 2. v. 10. Joh. 1. v.
 17. 1. Cor. 1. v. 4. Eph. 4. v. ult. Col. 1. v. 14. 1. Joh. 5. v.
 11. 12. 13. &c. Idq; meritò ex Joh. 3. v. 16. 1. Joh. 4. v.
 9. 10. 14. Tit. 3. v. 4. 5. Rom. 5. v. 8. c. 8. v. 32. &c, ubi
 meritum Christi dicitur profluxisse ex inexhausto
Φιλανθρωπίας & misericordiæ divinæ fonte. 3.
 Ex Luc. 2. v. 14. Eph. 1. v. 5. 6. 7. 12. 14. Porro ex Matt.
 26. v. 39. 1. Cor. 3. v. 11. quia sc. aliter illæsa manere
 non potuit divina veritas, constantia, & justitia.
 Adde Rom. 13. v. 1. seq. Matt. 26. v. 52. Apoc. 13. v. 10.
 Quin & si gratia Dei justificatrix tolleret obedien-
 tiam Christi satisfactoriam, tum etiam tolleret o-
 bedientiam nostram propriam, quam tamen con-
 tra S. Scripturam Photiniani, ceu meritoriam ur-
 gent, illam a. negant, vide Rom. 5. v. 19. c. 11. v. 6.


6. An fides justificans sit Christo confidere &
 obedire seu præstare bona opera; Rom. 3. v. 28.
 autem excludi opera legis perfectæ, Deut. 27. v. 26.
 Gal. 3. v. 10. utpote quam nemo perfectè servare
 possit,


possit, non autem obedientiam mandatis Christi sub spe salutis æternæ præstitam, propter quam quilibet obediens, etsi aliquando peccator & hostis Dei fuerit, Deo dilectus sit & veniam adipiscatur. Hanc enim ceu viam aliam justificandi Deum indicasse? Negatur ex eo, quòd fides justificans opponitur simpliciter nostris operibus & obedientiæ morali, Rom. 3. v. 24. 28. &c; Et dicitur esse fiducialis apprehensio meriti Christi, Joh. 1. v. 12. Col. 2. v. 6. Gal. 3. v. 13. Rom. 4. v. 1. seq. ut & exinde, quòd justificatio nostri per Christum, aut est contra legem, & tum hæc non est immota regula, contra Matt. 5. v. 17. 18. &c, aut est conformis legi, & tum Christus vice nostri illam impleverit, necesse est, Rom. 3. v. 31. c. 10. v. 3, Gal. 4. v. 4. &c.

7. An hæc fides in Christum & obedientia Christianorum moralis possit dici justitia imputata, non quidem Christi legem Dei perfectè loco nostri, implentis, sed quia illa eis in justitiam imputetur citra Christi satisfactionem, quantumvis illi legem divinam non plenè observârint? Negatur ex Rom. 4. v. 3. seq. v. 11. 12. 23. seq. c. 5. v. 15. seq. 1. Cor. 1. v. 30. 2. Cor. 5. v. 19. 21. Phil. 3. v. 8. 9. &c. Ut & ex immobilitate legis, vigore cujus aut Christus pro nobis legem implere debuit, quò justitia ejus nobis imputaretur, aut nos contra legem justificabimur, & fides in Christum citra ejus meritum pro nobis, seu obedientia nostra, utpote imperfecta, in justitiam imputatur, contra Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. 19. Rom. 2. v. 2.

8. An 1. per magnam diligentiam & Dei opem

in hac vitâ possimus fieri absolutissimè perfecti? 2.
 Hunc scopum præfixum non habentes, Deo per
 Christum verè non obtemperent, secus verò ha-
 bentes, tametsi ipsum non assequantur, aut exa-
 quent neque verè perfecti fiant, qui sit error No-
 vatianorum & Perfectistarum ab ipsis Photinianis
 rejectus? 3. Nos statuamus, Christiani sanctita-
 tem duntaxat in conatu & parvo initio virtutum
 consistere, falsòq; nos doceamus, nostram sancti-
 tatem & justitiam tanto intervallo à Christi perfe-
 ctione distare, quanto distet cœlum à terrâ, 1. Joh.
 4. v. 17. ? 4. Pro talibus sanctis & justis, quasi tem-
 per mandata Dei observâssent, à Deo habeantur
 illi, quorum opera plerumque sint sancta & ju-
 sta, tametsi interdum, non quidem malitiosè &
 consultò, sed ex imprudentiâ & imbecillitate hu-
 manâ aliquid designent, quod cum justitiâ & san-
 ctitate non omnino consentiat, dummodo illi pro
 virili studeant, universam suam vitam juxta Christi
 mandata producere, & non secundum carnem
 sed spiritum vivere, Rom. 8. v. 1. ? Negatur 1. ex
 Rom. 3. v. 19. 20. seq. c. 8. v. 3. c. 7. v. 14. Act. 15. v.
 10. seq. & c. 2. Ex Phil. 3. v. 8. 9. 1. Joh. 1. v. 8. seq.
 1. Reg. 8. v. 46. & c. 3. Ex Dan. 9. v. 24. Gal. 3. v. 9. 10.
 1. Cor. 4. v. 4. 2. Cor. 5. v. 21. & c. 4. Ex Rom.
 4. v. 6. 7. Gal. 3. v. 10. c. 2.
 v. 16. & c.





CVM BONO DEO!

Disputationis XX. AntiPhotinianæ,

Respondente GEORGIO MÜLLERO Franco:

Et secundâ vice,

CASPARO Hammerschmidt / Trettenb.

Westphalo,

De Satisfactione Christi,

Quæstiones:

I. **A**N, licet Christus dicatur propitiatio pro nostris peccatis, 1. Joh. 2. 4. c. 4. v. 10. nusquam tamen dicatur Deum Patrē nobis placasse, sed semper nos dicamur Deo reconciliati, imò ipse Deus dicatur nos sibi reconciliasse, 2. Cor. 5. v. 18. idq; propterea 1. Quia non ipse noster, sed nos ipsius INIMICI fuerimus, neq; nos ipsum quæsiverimus & dilexerimus, sed ipse nos, 1. Joh. 4. v. 10. 2. Quia Deus dilexerit mundum, non tantum ANTE MORTEM Christi, sed etiam ante officii ejus in terris incarnationem; Et dilectio Dei fuerit causa passionis & mortis Christi, Joh. 3. v. 16. Rom. 8. v. 32. 1. Joh. 4. v. 10. 3. Et proinde dicatur propitiatio INDICATIVÈ, quòd Deus per Christum nobis indicarit, se jam tum reconciliatum esse, h. e. peccatorum nostrorum non amplius recordaturum sed clementer ea nobis condonaturum esse, dummodò verè resipiscamus? Negatur 1. ex eo, quod Deus, qui nobis ob peccata IRASCEBATUR, nobis reconciliatus dicitur, Num. 16. v. 22. c. 25. v. 11. Joh. 3. v. 36. Rom. 1. v. 18. c. 2. v. 5. c. 9. v. 22. Eph. 2. v. 3, c. 5. v. 6.

E 4

Col. 3.

Col. 3. v. 6. 1. Theff. 2. v. 16. &c. Et quidem per Christum pro nobis SATISFACIENTEM, 2. Cor. 5. v. 18. 21. Gal. 3. v. 13. Col. 1. v. 20. 22. Quid quòd inimicitia mutua dicitur fuisse inter Deum & nos, Esa 59. v. 2. c. 63. v. 10. Gen. 3. v. 14. usque ad fin. Psalm. 5. v. 7. Psalm. 95. v. 11. Thren. 2. v. 5. Rom. 5. v. 9. 10. Col. 1. v. 21. 22. E. & reconciliatio mutua. Et ex collatione V. T. ubi Deus dicitur nobis placatus & reconciliatus per sacrificia, Levit. 1. 4. 5. 6. 17. 2. Sam. 24. v. 25. cum Heb. 9. v. 9. 12. 23. c. 10. v. 1. 2. 3. 4. 11. Joh. 1. v. 29. 36. Eph. 5. v. 2. &c. Nec ille absolutè & simpliciter, nobis sine satisfactione reconciliatus esse nosque à peccatis absolvere potuit, salvâ & inviolatâ suâ sanctitate, Psal. 5. v. 5. Hab. 1. v. 13. justitiâ, Rom. 1. v. 32. veritate Gen. 2. v. 17. lege morali, ceu immortâ justitiæ ejus regulâ, Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. 2. Tim. 2. v. 13. Aliâs contra illa divina attributa & pronunciata justificaremur & salvaremur. Quando ergò dicimur Deo reconciliati, tum id fit, non negando, Deum nobis reconciliatum esse per preciosam gratiæ acquisitionem, sed ostendendo, **PRINCIPIUM ET ORIGINEM** reconciliationis hujus repetiri nō in homine, utpote in peccatis mortuo, sed tantum in Deo, 1. Ioh. 4. v. 10. 2. Ex eo, quòd S. Scriptura asserit **UTRUMQUE**, & quòd nobis ex amore Filium suum dederit, Joh. 3. v. 16. 1. Joh. 4. v. 10. 14. Rom. 8. v. 32. Et quòd omnis amor, gratia & reconciliatio Dei erga nos sit non nisi in Christo, & per ejus mortem, Rom. 5. v. 8. 10. c. 8. v. ult. Eph. 1. v. 6. 7. c. 4. v. ult. 1. Cor. 1. v. 4. & cum primis Ioh. 1. v. 17. &c. Dilexit ergò nos Deus,

AD INTERCESSIONEM Filii sui offerentis se ad satisfactionem loco nostri præstandam, 1. Pet. 1. v. 20. 2. Tim. 1. v. 9. &c. 3. Ex eo, quòd Christus dicatur propitiatio, mentione expressè factâ, **P R E T I I**, **S A N G U I N I S**, mortis, solutionis, portationis & laboris ejus, Rom. 3. v. 25. c. 5. v. 10. Col. 1. v. 20. 22. 2. Cor. 5. v. 21. Galat. 3. v. 13. Ela. 53. v. 4. seq. 1. Pet. 2. v. 24. &c. Est ergò propitiatio satisfactoria, laboriosa & solutoria, non nudè indicativa. Adhęc, Ministri Ecclesiæ nobis indicant propitiationem, qui tamen non dicuntur propitiatio nostra. Proinde phrasis illa notat non nudam veniæ annunciationem, sed meritoriam ejus acquisitionem.

2. An Christus passus & mortuus sit, non ut Deum ad gratiam commoveret, & sic in eo aliquid efficeret, sed ut in nobis **M A N D A T O R U M S U O R U M** **O B E D I E N T I A M** operaretur, monstrando sc. quòd **HÆC VIA**, quâ ille per mortem ad tantam salutem & gloriam pervenerit, sit recta ad vitam æternam assequendam, 1. Joh. 3. v. 3. ? Negatur ex Rom. 6. v. 23. c. 3. v. 28. c. 9. v. 16. 30. c. 11. v. 5. 6. Eph. 2. v. 8. 9. Gal. 2. v. 16. & aliis.

3. An Christus dicatur pro nostris peccatis mortuus, à peccatis nos suo sanguine lavisse, sanguinem suum in remissionem peccatorum nostrorum effudisse, se ipsum pro nobis tradidisse, ut nos ab omni iniquitate redimeret, &c, non 1. quasi suâ morte id solverit, quod nos Deo propter peccata debueramus, sed 2. quia ille morte suâ remissionem peccatorum, nobis à Deo per Christum omnium primò & in æternum promissam, confirmet

& obsignet, Matt. 26. v. 28. Heb. 13. v. 20. &c? Negatur
 1. ex omnibus illis dictis, quibus mors Christi
 apertè asseritur 1. exolvens, placans, & pretiosè ac
 meritoriè acquirens, & 2. demum confirmans &
 obsignans remissionem peccatorum, Psalm. 69.
 v. 6. Matt. 3. v. 17. Luc. 2. v. 14. Col. 1. v. 20. seq. Matt.
 26. v. 28. Heb. 1. v. 3. c. 9. v. 12. seq. v. 22. seq. v. 26. 28.
 c. 10. v. 11. seq. Unde & pro nostris peccatis mortu-
 us dicitur, 1. Cor. 15. v. 3. Gal. 1. v. 4. 1. Pet. 3. v. 18. sc.
 satisfactoriâ remissionis illorû acquisitione, Gal. 3.
 v. 13. Es. 53. v. 4. &c. 2. Ex Jer. 31. v. 34. Mich. 7. v. 18. seq.
 4. An quando 1. Christus pro nobis mortuus
 dicitur, sensus non sit, quòd *vice & loco nostri* sit mor-
 tuus; quia pro nostris peccatis legatur mortuus,
 1. Cor. 15. v. 3. Galat. 1. vers. 4. non tamen *vice &*
loco peccatorum nostrorum, sed horû solùm cau-
 sâ; Ita etiam sensus h. l. sit, tantùm, quòd *nostri gra-*
tia ignominiosissimam mortem perpessus sit? 2.
 Nos si modò regni Christi velimus esse participes,
 ad exemplum Christi oporteat ad moriendum esse
 paratos? Negatur 1. ex eo, quod licet, *pro*, uspiam
 notet, non *loco*, sed *causâ seu gratiâ* alterius, v. g. 2.
 Cor. 1. v. 6. c. 12. v. 15. &c; Hic tamen (ut & alibi,
 v. g. Gen. 4. v. 25. c. 44. v. 33. Judic. 15. v. 2. 2. Sam. 10.
 v. 1. c. 18. v. 33. &c,) notat, *vice seu loco nostrê*, pro sub-
 jectâ sc. à Spir. S. in locis parallelis ita explicatâ
 materiâ. Quia 1. dicitur mortuus pro peccatori-
 bus, certò MORITURIS, ne moriantur, Rom. 5. v.
 6. 8. &c. 2. Ut nostra peccata & pœnas sustinue-
 RIT, Es. 53. v. 4. seq. 1. Pet. 2. v. 24. Gal. 3. v. 13. 2. Cor. 5.
 v. 21. &c. Pro nobis e. mortuus est, redimendis & sal-
 van-

vandis, Rom. 3. v. 24. seq. c. 5. v. 1. 9. 17. seq. 1. Thes. 5. v. 9. 10. Pro peccatis verò nostris expiandis & in mare projiciendis, Heb. 9. v. 26. 27. c. 10. v. 11. seq. 1. Joh. 3. v. 5. Mich. 7. v. 19. &c. 2. Nos moriendo imitemur Christum, non promerendo, Rom. 8. v. 18. sed obediendo & eum glorificando, Joh. 21. v. 19. Phil. 1. v. 29.

5. An 1. Joh. 1. v. 7. 9. sanguis Christi 1. nos dicatur emundare ab omni peccato, non occultâ vi & virtute, sed quia causa sit illius rei, sine quâ à peccatis non mundemur, quæ sit DIVINA CHRISTI POTENTIA, quâ omnes sibi obedientes salvet, 2. AD QUAM ille per sanguinis effusionem pervenerit? 3. Rectè dici possit, nos mundare, sc. DECLARATIVÈ & demonstrativè, sicut Lev. 12. v. 7. 8. c. 15. v. 15. 30. c. 16. v. 30. & Levit. 13. 14. per totum? 4. Deus sanguine illo ceu SIGILLO remissionem peccatorum nobis promissam obfirmavit, & ita novum & æternum fœdus nobiscum percussit? Negatur 1. ex verbis, operationem illam non rei alii, sed ipsi SANGUINI Christi tribuentibus, 1. Joh. 1. v. 7. 9. Apoc. 1. v. 5. c. 5. v. 9. Heb. 9. v. 12. 14. Eph. 1. v. 7. Col. 1. v. 20. 1. Pet. 1. v. 19. Act. 20. v. 28. Heb. 13. v. 12. &c. At operatio supponit virtutē operandi, & actus secundus actū primum. 2. Ex Matt. 11. v. 17. Joh. 3. v. 35. Marc. 5. v. 30. Act. 10. v. 38. Luc. 8. v. 46. c. 6. v. 19. &c; Ubi ante sanguinis effusionem Christus divinam virtutem habuisse legitur ex hypostaticâ unione & communionē, per exaltationem autem ad plenariam usurpationem eandem accepisse, Matt. 28. v. 18. Eph. 1. v. 19. Act. 2. v. 36. &c. 3. Ex eo, quòd S. Scriptura sanguini Christi emundationem

nem

nem realem & ὄντως tribuit, Matt. 20. v. 28. 1. Tim. 2. v. 6. Rom. 3. v. 25. c. 5. v. 10. Apoc. 1. v. 5. c. 5. v. 9. Ac Levitica quidem illa purgatio, ut & contaminatio lepræ, in textu ipso DISERTÈ DE DECLARATIONE seu Φανερώσει explicatur: 1. Joh. 1. v. 7. 9. autem minimè. Adhæc præter illam & Levitica sacrificia reconciliabant, non merâ declaratione, SED REALITER, non quidem virtute propriâ & naturali, verùm Christi PER ILLA adumbrati, Levit. 4. v. 25. Num. 15. v. 25. Hebr. 10. v. 1. 4. Col. 2. v. 17. 4. Ex eo, quod sanguini Christi manifestè tribuitur actus ACQUIRENDI, SANCTIFICANDI, justificandi &c. Hic ergò in actum CONFIRMATORIUM & obligatorium transformari non debet.

6. An Christus dicatur λύτρον redemptionis nostræ, 1. non quòd ille verè quæpiam satisfactio, instar debiti alicui pro nobis persolvenda extiterit, sed quòd (sicut τὸ redimere sæpe in S. Scripturâ nil aliud notet, quàm liberare) ille se nostri causâ in mortem tradiderit, ut à peccatis i. e. pœnâ peccatorum liberaremur, Joh. 3. v. 16. Rom. 5. v. 8. Quòd nil aliud sit, quàm 2. se tradidisse, ut HOC MODO AD BEATAM IMMORTALITATEM ET SUMMAM POTENTIAM PERVENIRET, PER QUAM NOS SIMUL EÒ PERDUCERET? Negatur 1. Ex eo, quòd S. Scriptura hanc redemptionem describit non ut simplicem, sed talem, quæ facta sit 4. PER λύτρον & ἀντίλυτρον, Matt. 20. v. 28. 1. Tim. 2. v. 6. b. ut EMPTIO non auro & argento sed pretioso sanguine facta, 2. Pet. 2. v. 1. Apoc. 5. v. 9. c. ἰλασθῆριον i. e. pla-

i. e. placamentum & ἱλασμός in sanguine ejus.
 Rom. 3. v. 25. 1. Joh. 2. v. 2. c. 4. v. 10. d. ACQUISITIO
 per proprium sanguinem, Act. 20. v. 28. Eph. 1.
 v. 14. 1. Thess. 5. v. 9. e. Quæq; omnia & singula re-
 demtionis propriè sic dictæ REQUISITA habet,
 quæ ipso etiam Socino teste l. 2. c. 2. sunt: *Captivus*,
captivum detinens, *Redemptor*, *Redemptionis* λύτρον à capti-
 vum detinente acceptum. Vide Psalm. 102. v. 21. Eph. 4.
 v. 8. 1. Thess. 1. v. 10. Job. 19. v. 26. Rom. 3. v. 24. Matt.
 3. v. 17. Rom. 5. v. 19. Matt. 20. v. 28. 1. Tim. 2. v. 6.
 Eph. 5. v. 2. Heb. 9. v. 14. c. 10. v. 5. seq. Psalm. 40. v. 7.
 seq. &c. f. Et in quâ ille PECCATA & POENAS
 nostras in se suscepit & sustinuit, ut nos ab illis redi-
 meret, Est. 53. v. 4. seq. 2. Cor. 5. v. 21. Gal. 3. v. 13. Rom.
 4. v. ult. &c. Quæ certè est redemptio non nisi satis-
 factoria, laboriosa & dolorosa. 2. Ex eo, quod
 Christus ratione sui vitæ peccati, ita & mortis exors
 fuisset, Heb. 7. v. 26. Joh. 8. v. 46. ἡ ζωὴ αἰώνου
 est ipsa vita æterna, 1. Joh. v. 20. E. per mortem il-
 lam pervenire opus non habuit. Ut Deus est ipsa
 Patris potentia, Prov. 8. v. 1. seq. Luc. 11. v. 49. 1. Cor.
 1. v. 24. Ut homo divinam potentiam habet unio-
 ne & communionè hypostaticâ, quoad plenum au-
 tem usum, exaltatione, Luc. 24. v. 26. Phil. 2. v. 9. 10.
 E. non morte ad illam pervenit. Aliàs & pro se-
 ipso mortuus esset; Absurdum! Heb. 7. v. 26. 27.
 2. Cor. 5. v. 21.

7. An sanguis Christi dicatur peccata nostra
 purgare nosq; à peccatis mercari, non quasi pœnæ
 à nobis promeritæ per illum exolutæ sint, sed quia
 causa sit, quòd à peccatis desistamus; De quo san-
 guinis

guinis seu mortis Christi effectu legi debeant, 1. Pet. 1. v. 18. 19. c. 2. v. 24. 25. Heb. 9. v. 14. Gal. 1. v. 4. Tit. 2. v. 14. Eph. 5. v. 25. 26. ? Negatur. Nam Minister Ecclesiae, faciens, ut peccare desinamus, non tamen nos sanguine suo dicitur à peccatis purgare. Adhuc Christus nos purgat suo sanguine, ut pretio per modum emtionis, 2. Pet. 2. v. 1. 1. Cor. 6. v. 20. c. 7. v. 23. & c. & ἰλαστικῶς, Deum nobis propitiū reddendo, Heb. 2. v. 17. c. 8. v. 12. 1. Joh. 2. v. 2. Luc. 18. v. 13. Porro dicta allata (conf. Heb. 10. v. 22. Rom. 5. v. 1.) cessationem à peccatis & sanctitatem vitæ, seu fructum sanguinis & mortis Christi in artic. 3. ita urgent, ut propitiationem & redemptionem satisfactoriam ejus non negent, sed supponant in Artic. 2. Est ergò Elenchus oppositorum, dum redemptio meritoria, opponitur justificationi & renovationi, qui tamen sunt fructus mortis Christi, se invicem sequentes.

8. An 1. Tim. 2. v. 5. Christus sit Mediator Dei & hominum, 1. non iram Dei adversus homines morte placando, sed fœdus Dei cum hominibus sancendum prædicando & annunciando, quâ de causâ etiam Mediator N. T. dicatur, Heb. 9. v. 15. c. 12. v. 24. 2. Mediatoris vox in S. Script. alio sensu non, nisi pro eo, qui inter duos, Deum & homines aliquid efficiat, non Deum hominibus reconciliando, sed quo Deus seu internuncio ad fœdus suum cum hominibus sancendum utatur, Gal. 3. v. 19. ? 3. Et solere Reges per suos legatos fœdus facere cum subditis, non quando ipsis indignantur, sed quando bene erga ipsos affecti sint. & rebellibus,


bellibus, qui inter ipsos sunt, gratiam præstare volunt; Ita Deus comparatus sit erga nos, priusquam suum fœdus nobiscum per Christum percussit, ut clarè videatur ex Heb. 8. v. 10. Jerem. 31. v. 31. & Negatur 1. Quia Christus est Mediator *ἰλαστικῶς*, reconciliatoriè, per mortem suam, Rom. 5. v. 10. Col. 1. v. 20. seq. per *λύτρον*, pretium & redemptionem, sc. per sanguinem, atque sic non incruentè & nudâ prædicatione, sed cruentè, & iræ divinæ portatione pro nobis propter peccata nostra in eum coniecta eiq; imputata, 1. Tim. 2. v. 5. 6. Heb. 9. v. 12. 14. 15. c. 12. v. 24. Matt. 26. v. 28. Eph. 5. v. 2. Ela. 53. v. 4. seq. c. 63. v. 3. Luc. 22. v. 44. Matt. 27. v. 46. 2. Quia est à particulari. Christus autem longè aliter noster Mediator esse describitur, in officio prophetico, enarrando, Joh. 1. v. 17. sacerdotali, *θυσίαν ἰλαστικὴν* ac *λύτρον* pro nobis se in mortem tradendo, Matt. 20. v. 28. Gal. 3. v. 13. Eph. 5. v. 2. Heb. 5. v. 7. Et meriti sui virtute pro nobis intercedendo, Rom. 8. v. 34. Heb. 7. v. 25. c. 9. v. 24. Et Regio, nos gubernando & salvando, Psalm. 45. v. 7. seq. Rom. 5. v. 10. Atque ita est Mediator N. T. non solâ annunciatione, confirmatione & obsignatione, verùm meritóriâ acquisitione & satisfactione, ut salva maneat Dei justitia, sanctitas, veritas & lex immobilis.

3. Quia est dissimile. Deus enim nobis iratus per peccata, fœdus gratiæ nobiscum erexit per interuentum mortis Filii sui. Conf. Jerem. 31. v. 31. Heb. 8. v. 10. cum Joh. 1. v. 17. Heb. 9. v. 13. seq. Quid quòd etiam lenis Princeps læsus à suis subditis interdum initium reconciliationis faciat, proponendo certa media.

9. An, quando Christus dicitur semetipsum pro nostris peccatis immolasse, & obrulisse, 1. Cor. 5. v. 7. Eph. 5. v. 2. Heb. 7. v. 27. c. 9. v. 14. 26. 28. c. 10. v. 10. 12. 14. sensus non sit, 1. quasi quædam occulta vis insit in illis quæ in Christi personâ facta sunt, pro nostris peccatis satisfaciendi, sed quòd effectus, sc. liberatio à peccatis secundum Dei voluntatem & decretum, post mortem Christi insequatur; Siquidem certum sit, Deum decrevisse, si Christus ipsi usque ad mortem obsecuturus esset, non tantum illi beatam immortalitatem dare, sed etiam simul talem potestatem ei largiri, ut omnes suos, sibi confidentes & obediens queat immortales & beatos facere? 2. Sicut populus in V. T. sacrificiis pro peccatis, cum primis sacrificio illo anniversario, oblatis & peractis, à peccatis liberatus sit, non idè, quasi in illis quæ piãvis satisfaciendi fuerit, sed quia ejusmodi effectus, sc. liberatio à peccatis, insecurus sit? 3. Et sicut sacrificium illud anniversarium non tunc, quando fuit mactatum, totaliter & plenè effectum sit, sed tum demum, quando Pontifex in sanctum sanctorum sanguinem ejus deponeret: Ita quoque sacrificium Christi non tempore ipsius passionis & mortis sed ascensionis in cælum peractum sit; At in cælo non esse factam satisfactionem pro peccatis nostris. Proinde per sacrificium Christi nil aliud intelligatur, quàm admirabilis ejus potestas, quam ipse per sui præsentationem coram Deo in cælis exerceat, & per quam verè nostra peccata auferantur & tollantur? Negatur 1. ex solâ inspectione & recitatione dictorum allega-

allegatorum, immolationē satisfactoriam, expia-
 toriam & placatoriam apertè asserentium. 2. Ex
 eo, quod sacrificia V. T. a. peccata verè expiârunt,
 hominesq; Deo reconciliârunt, Levit. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
 seq. b. & quidem peccata, tam ignorantia, quàm
 reliqua omnia, ib. c. 6. v. 1. seq. c. 16. v. ult. Heb. 7.
 v. 27. c. ut Deus irasci desierit & propitius factus
 sit, Gen. 8. v. 21. Levit. 1. v. 9. 13. 17. c. 2. v. 2. 9. 12. c. 6. v.
 15. 21. 2. Sam. 25. v. 25. Et patet ex re ipsâ, quòd illa
 Deo immolata sunt, ad eum exorandum & propi-
 tium reddendū seu placandū, conf. Joh. 9. v. 31. 2.
 Sam. 21. v. 14. d. non quidem per inhærentem vim
 & virtutem peccata expiandi, Heb. 7. v. 18. 19. c. 9.
 v. 9. 10. 13. c. 10. v. 4. 11. e. Neque ex opere opera-
 to, Esa. 1. v. 11. 12. c. 66. v. 3. Sed f. typicè, 1. Cor. 5.
 v. 7. Joh. 1. v. 29. 36. c. 19. v. 36. Ast g. non merè ty-
 picè & significativè, neque tropicè & metonymi-
 cè, sed propriè sc. instrumentaliter & organicè,
 quatenus ex Dei ordinatione Agnum Dei, Chri-
 stum, proposuerunt, beneficia merito ejus parta
 obtulerunt, & credentibus actu contulerunt. Ver-
 bum enim divinum de sacrificiis ita consideratis
 pertinet ad Evangelium illud, 2. Cor. 5. v. 18. 19.
 Quia ergò peccata verè expiârunt non post pera-
 ctionem demum, sed super altare, Levit. 17. v. 11.
 non naturâ suâ, sed per & propter præfiguratum
 agnum, portantem peccata mundi: Ideò Agnus
 ille est victima ἱλαστικῆ & loco nostri satisfactoria,
 non post cujus oblationē, sed per & propter quam,
 non per modum antecedentis & consequentis, sed
 per modum causæ meritoria & effectus meritorii,
 F peccata

peccata nostra expiata sunt, & Deus nobis propitius factus est, Heb. 9. v. 14. 15. 26. 27. c. 10. v. 10. 14. 3. Ex eo, quod oblatio Christi facta est 1. in diebus carnis suæ Heb. 5. v. 7. i. e. in statu exinanitionis. 2. Passivè & cruentè, 1. Cor. 5. v. 7. Heb. 9. v. 25. 26. Rom. 6. v. 9. 10. 3. Super lignum crucis, 1. Pet. 2. v. 24. Et semel, Heb. 9. v. 26. seq. c. 10. v. 10. 4. Postquam unicam victimam obtulit, sedet in cælo &c, Heb. 10. v. 12. 5. Pro peccatis nostris se semel obtulisse dicitur d. l. ῥητῶς; At non pro peccatis nostris ascendisse & sedere in cælo. E. non in cælo pro nostris peccatis victima est ἱλαστήριον. Sic Pontifex non legitur obtulisse sanguinem in sancto sanctorum, in illo enim deerat altare, sed sanguinem jam oblatum ed intulisse, Heb. 9. v. 25. Levit. 16. v. 3. seq. Ita & Christus non in cælo pro nobis se offert, sed virtute victimæ suæ in cruce jam antè oblatae seu sanguinis sui ed illati, pro nobis intercedit, Heb. 7. v. 25. c. 9. v. 24. seqq. Potentiam suam habuit etiam jam ante illam oblationem in arâ crucis. E. non est ipsa eius oblatio.



CVM BONO DEO!

Disputationis XXI. AntiPhotinianæ,
Respondente EBERHARDO STÖSSELIO Giessensi,
De Iesu Christi Cœnâ & Baptismo aquæ,

Quæstiones:

1. **A**NS. cœna sit 1. nuda Ceremonia, non verò sacramentum divinum? 2. Instituta principaliter seu

ter seu ut alii, *unicè* eum in finem, ut sit publica usq; ad finem mundi Christi & mortis ejus recordatio seu comemoratio, 1. Cor. 11. v. 24. seq. Quæ annuntiatio secū importet gratiarum actionē, & sic crasse errent, qui finem ejus esse dicant, revocationem mortis Christi in mentem nostram; Siquidem nemo gratias rectè agere, cœnamq; celebrare queat, nisi suppositâ prius mortis Christi memoriâ & agnitione? 3. Per illam fides nostra non *confirmetur*, eò quòd impossibile sit, esum & potum aliquid in mentem hominis operari? 4. Neque per illam, *remissionem peccatorum* accipiamus; siquidem illa instituta sit in mortis Christi recordationē, per quam non, verùm per ipsam *mortem Christi* nobis remissio peccatorum obveniat? Negatur.

2. An cibus & potus 1. in s. cœnâ nil aliud sit, quàm nudus panis & vinum, quia S. Scriptura hæc expressè nominet, & sensus nostri nil aliud animadvertant? An 2. Rationes sufficientes sint, quòd verba Christi, *τὸ πρῶτον*, seu propriè ac si corpus & sanguis Christi verè edatur & bibatur, sed figuratè sint intelligēda, 1. Quia impossibile sit, hominis alicujus corpus & sanguinē isto modo comedere & bibere; 2. Christus aliquid abominabile & horribile præcepisset; Unde Aug. 1. 3. de doct. Christ. c. 16. agnoverit, verba Joh. 6. v. 53. non propriè sed figuratè esse intelligēda; 3. Corporalis comestio & bibitio corporis & sanguinis Christi planè sit inutilis & nihil in hominis animo operari queat, Joh. 6. v. 63. 4. Cum articulis præcipuis, v.g. ascensione & sessione, pugnet, & Christus jam non ampliùs carnem

hem habeat, 1. Cor. 15. v. 50. An 3. Christus panē & vinū suum corpus & sanguinē vocārit, nullā aliā de causā, nisi quòd panis fractus & comestus, vinum fulum & bibitū, sui corporis p nobis fracti, & sui sanguinis p nobis effusi figura & adumbratio esse debeat, in celebratione memoriæ mortis ejus, 1. Cor. 11. v. 24. Ad modū Exod. 12. v. 26. 27. Lev. 24. v. 1. Nū. 21. v. 16. Ezech. 5. v. 5. Atq; sic tam credētes quàm increduli nil ampliùs quàm panē & vinū in S. cœnā accipiant, idq; non eo fine, ut simul aliquid spiritualium beneficiorum & donorum ibi adipiscantur, sed ut pro acceptis beneficiis gratias agant, & quidem quando conjunctè de uno pane edunt, & ex uno poculo bibunt? Negatur.

3. An 1. tota Ecclesia, quotquot convenire queunt, & non unus duntaxat S. cœnam celebrare debeat, & proinde nulli ægrotò hæc domum deportanda sit; Siquidem cœna communionem credentium, quam inter se & cum Christo habeant, significet? 2. Panis in eâ frangendus sit, quam Phoriniani sedendo celebrant? 3. Sit supersticio Papistica, illam incurvando genua accipere, & sibi in os porrigi sinere? 4. Præco quidem verbi divini l. Eucharistiam aliis porrigere possit, non tamen necessarium sed *superstitiosum* sit illud, perinde ac si ille in hoc personam & officiū Christi referat, & ei plus, quàm alii fratri propterea adscribatur; Non enim hoc Christus jussit, neque propter mysterium aliquod divinum, in hoc ritu & ceremoniâ comprehensum, opus sit; Sed possit unusquisq; quando vel Ecclesie Pastor vel alius quispiam à fratribus

bus ad id electus explicârit, quid ibi fiat, accipere, edere & bibere, non expectans, usque dum quispiam alius ei has res porrigat? Negatur.

4. An Baptismus sit (non Articulus fundamentalis, sed) ritus exterior seu ceremonia, à Christo non instituta, ut nisi quis ordinariè aquâ tinctus fuerit, is pro vero Christiano habendus non sit, sed quâ homines à Judaismo vel à Gentilismo ad religionem Christianam accedentes, manifestè profitebantur, se Christum pro suo Domino agnoscere? Respond., hoc ita asseri debere, ut illud nō negetur.

5. An probari possit Christum baptismum aquæ instituisse & præcepisse, ex Matt. 28. v. 19. quem locum Photiniani de baptismo non aquæ sed doctrinæ explicant, ut Act. 18. v. 25. Et quia 1. Apostoli baptismum aquæ administrârunt non in nomine Patris, Filii & Sp. S. sed in nomen Christi, Act. 2. v. 38. c. 8. v. 16. c. 10. v. 48. c. 19. v. 5. 2. Quia aliàs Christus Discipulis suis præcepisset tam hunc Baptismū, quàm Evangelii prædicationem, quod secus sit, 1. Cor. 1. v. 17. ? Affirmatur illud, non obstantibus glossis illis.

6. An Apostoli non mox dicendi sint errâsse, si sine mandato Christi baptisârunt, siquidem in ipso Dei cultu aliquid fieri possit, tamen nullum de eo expressum habeatur Dei mandatum, dummodò non pugnet cum Dei præceptis, & Apostoli fuerint non homines plebei, sed Dei & Christi legati, 2. Cor. 5. v. 20. imò quasi vicarii eius, quos Deus suo spiritu mirè rexit, ex cuius instructione & consilio ipsi quandoq; aliquid fecerint, de quo ta-

men non expressum habuerint mandatum, v. g. de circumcissione Timothei, Act. 16. v. 3. de quâ tamen ipse dicat, Gal. 5. v. 2. &c. De eo, quod Apostoli gentibus præceperunt, abstinere à sanguine, &c. quæ aliâs Christiano comedere licet, dummodò sine scandalo fiat, Rom. 14. 1. Cor. 8. 9. 10. ? Neg.

7. An Matt. 28. v. 19. sensus sit: Baptisate i. e. informate seu docete eos, non obstante quod Christus jam tum dixerit: Docete omnes gentes, siquidem & postea mandatum docendi denuò repetierit, v. 20. *Εὐαγγελίζετε*, notet propriè non docere, sed discipulos facere? Negatur.

8. An Marc. 16. v. 16. Christus loquatur non de baptismo aquæ, sed *pœnitentiæ*, quæ non corpus ut aqua, sed animam & cor à peccatis lavet & proinde promissionem vitæ æternæ habeat; Siquidem Christus sine dubio nihil aliud dicere voluerit, quàm quòd Evangelio ita credens, ut vitam suam juxta Christi doctrinam emendet, salvetur? Neg.

9. An Eph. 5. v. 25. 26. lavacrum notet *pœnitenti- am*, quâ peccator ita mundetur, ut sanctus & justus fiat: Quæ mundatio homini obtingat per Evangelii prædicationem, quæ fidem in homine generet, ex quâ pœnitentiâ proveniat; Atque sic lavacrum aquæ in verbo nil aliud sit, quàm *verbum*? Neg.

10. An Tit. 3. v. 5. per lavacrum regenerationis & renovationis intelligatur non baptismus aquæ, sed *λογισμὸν* illud, quod in regeneratione i. e. *novâ vitâ*, quæ cum pœnitentiâ unum & idem sit, comprehendatur; Baptismus enim aquæ vires non habeat, ut per illum homo fiat justus & salvus; Et minima pars

pars baptizatorum justè & sanctè vivat, quod ta-
men omnino fieri oporteat, si id h. l. tribueretur
baptismo aqua: Et an regeneratio sit ipsa *renovatio*,
ita ut participium *ET* notet h. l. idem, atque id est?
Porro, an Act. 22. v. 16. quando actui vel ceremo-
niæ *exteriori* adscribitur, quod ad salutem prorsus
pertinet, nullâ ratione id eò fiat, ac si ceremonia il-
la exterior *eam vim* habeat, sed eò quòd actu illo
duntaxat *adumbratio* quædam fiat rei illius, quæ ad
salutem prorsus pertinet, sicut & 1. Cor. 10. v. 16.
Gal. 3. v. 27. Atque hâc ratione Ananiæ verba Act.
22. v. 16. intelligi possint & debeant? Et an etiam
ad eum modum intelligi possint, scil. Ananiam
non id egisse, ut Paulus per *baptismum aqua* peccata
ablueret, verùm ut baptizaretur & peccata ablue-
ret *invocando nomen Domini*, cùm tempus jam illud
venisset, quo omnis invocans Dominum servan-
dus esset, Act. 2. v. 21. Rom. 10. v. 13. Negatur.

II. An Baptismus Johannis alius fuerit à Bap-
tismo Christi, & non idem cum hoc, 1. Quia hic fi-
at in nomen Christi, non ille, 2. Quia ille solum
populum Judaicum attinuerit, nec diutiùs, quàm
Johannes vixit, durârit, siquidem is nullum succes-
sorem reliquerit, nec cuiquam mandârit, ut ejus-
modi baptismum loco ejus imposterum admini-
straret? Et an Matt. 3. v. 15. ista justitiæ impletio sic
possit intelligi, ut neminem nisi *Iohannem & Chri-
stum* attingat, hoc sensu: Factu, quod debes face-
re, Ego etiam faciam. quod me facere decet; Quod
longè aliud sit, quàm quòd Deus baptismum aquæ
ab omnibus suscipi jussit; Quia Johannis Baptismus
fuerit

fuerit Baptismus *pœnitentiæ*, quâ non indigeant *iusti*,
Luc. 15. v. 7. Mart. 9. v. 13. ? Negatur.

12. An concesso, baptismum aquæ esse Christi
institutionem, non tamen confestim sequatur, quòd
tales homines sint baptisandi, quales hodie bapti-
zantur, i. e. qui à pueritiâ non aliam, quàm *Christia-*
nam religionem publicè professi sint; Quandoqui-
dem illi, quos Apostoli baptizârunt, aut Judæi aut
Gentiles antea fuerint; Quòd autem & eos, qui à
pueritiâ Christum publicè confessi fuerint, bap-
tizârunt, id ne minimâ quidem ex parte demonstra-
ri possit? Negatur. Neque illa est nostra sententia
genuina, quam h. l. adferunt de baptizandis.

13. An 1. Pædobaptismus ab illo baptismo,
quem Apostoli usurpârunt, longè distinctus sit?
Et an 2. baptismus per modum immersionis in a-
quam necessariò fieri debeat; Ita tamen, ut si quis
vel in infantiâ suâ, vel per modum asperfusionis ba-
ptisatus, statuatur, se non alio baptismo indigere, non
sit cogendus, ut apud Photinianos baptizetur?
Negantur illa.

14. An omnes, quos pro non baptisatis nos in
Ecclesiis nostris habeamus, baptisari quidem de-
beant; Et quilibet, qui id cupit, sit baptisandus, ju-
xta Photinianorû conclusum; Vicissim omnes, qui
ad Christum conversi, *Christianam religionem* nunc
publicè confitentur, baptisandi sint? Ac Christia-
norum liberi in *infantiâ suâ* (i. e. apud Photinianos)
non baptisati, quiq; à pueritiâ *Christianam Reli-*
gionem semper professi sint, baptizari debeant
mox, ubi ad annos discretionis pervenerint, & fi-
dei

dei suæ rationem reddere valeant; Attamen non ob expressum aliquod Dei mandatum, sed quia nos in Ecclesiis nostris ita opinemur, ut Apostolos hîc imitemur; Id quod tamen diutiùs observandum non sit, quàm Deus hominibus veritatem suam perfectiùs manifestaturus sit, i. e. usquedum Photinianismus invalescat, tum enim baptismum esse abrogandum? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis XXII. AntiPhotinianæ,
& ultimæ,

Respondente ESDRA EDZARDO Hamburgensi,

De Regno & Sacerdotio, Corpore ut &
de Ecclesiâ Christi,

Quæstiones:

1. **A**N 1. Christi regnum tandem futurum sit terrenum, seu Christus suum regnum in terrâ oculariter sit demonstraturus? 2. Et credentes in illum aliquando etiam hîc in terris regnaturi sint? 3. Siquidem sperandum sit, sicut verbum Dei testetur, veritatem Evangelii in toto terrarum orbe agnatum & receptum iri, & per tempus bene longum prævalituram, quâ de re forsitan locus, Apoc. 20. v. 4. possit intelligi, quem tamen locum nemo plenè intelligere queat, nisi verè habeat spiritum propheticum? Negatur.

2. An Deus 1. excitet Doctores, qui non Apostolis exæquandi, sed erroribus obnoxii sint, quorum nihil sine Dei consilio & decreto fiat? 2. Et an

F 5

Chri-

Christus nos suo spiritu regat, quatenus nos in fide & obedientiâ constantes conseruet, quantum in ipso sit, salvo videlicet semper *libero nostro arbitrio*?
Negatur.

3. An ut cœlestium beneficiorum possimus esse participes, nostra corpora terrestria mutanda sint, *substantialiter*, juxta 1. Cor. 15. v. 50. Phil. 3. v. 21. Quem locum Lutherus malè verterit per glorificationem, cum loquatur de transfiguratione? Et an neq; ipse Christus habeat nunc corpus terrestre, i. e. *Carnem & sanguinem*? Negatur.

4. An *regnum* Christi divinum præcipua causa sit, cur sit & dicatur noster *Salvator, Deus & Dei Filius*, ex Psalm. 2. v. 6. Quæ verba convenient cum Act. 2. v. 36. Per quam ordinationem sive coronationem ipse sit *factus Filius Dei*, & Deus eum tunc genuerit, Plal. 2. v. 7. Atq; ita decretum seu statutum Dei, quo Rex factus est, sit idem cum eo, quod eum genuerit, & propterea Dei Filius sit; Sicut & Paulus Psalmi hujus verba de hâc eâdem re explicârit, Act. 13. v. 32. 33. Et propterea etiam Heb. 5. v. 5. ista verba Psalm. 2. v. 7. de Sacerdotio Christi explicentur? Negatur.

5. An 1. sacerdotium Christi & administratio regni ipsius sint unum & idem, i. e. illud nihil aliud sit, quàm administratio regni ipsius spiritualis, quatenus ea concernat nostram salutem, & illud figuratè ita dicatur? 2. Deus Jesum constituerit suum vicarium, seu qui vices Dei gerat, ad nos jurandos? 3. Et ille noster summus Pontifex dicatur, non quia seipsum in arâ crucis pro nobis obtulerit,

lerit, quandoquidem tum primùm postquam ex mortuis resurrexit, & in cœlum ingressus est, Sacerdos factus fuerit, Heb. 5. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. c. 6. v. 20. c. 7. v. 23. 24. 25. 26. c. 8. v. 1. 2. 3. 4. 6. c. 10. v. 21. & Negatur.

6. An, quòd sacerdotium Christi figuratè & de administratione sui regni intelligèdum sit, probari possit inde, 1. Quia *Sacerdotii* Christi in N. T. (exceptâ Epistolâ ad Hebræos) rarissima fiat mentio, quod fieri non potuerit, si id sit peculiare officium ab administratione regni Christi distinctum? 2. Quia & administrationis regni Christi & Sacerdotii ejusdem, *una ratio* & unus effectus reperitur, sc. perpetua *cura*, quam Christus gerat pro populo Dei ad æternam salutem, siquidem *purgatio* peccatorum nostrorum, quam Christus in Epist. ad Hebr. dicatur vel fecisse vel adhuc facere, nil aliud sit, quàm quod alibi in N. T. dicatur, quòd *potestatem* acceperit nos à morte, quam peccatis nostris promeriti eramus non satisfactoriè sed simpliciter liberandi, à peccatis patrandis avocandi & retrahendi, quòd perpetuam nostri curam gerat, &c. & Negatur.

7. An intercessio sive *precatio* Christi pro nobis, Rom. 8. v. 34. Heb. 7. v. 25. æquè ac Sacerdotium ipsius figuratè de regno ipsius intelligenda sit; Siquidem Christus non opus habeat illa, quæ nobis dare promisit, aut etiam jam tum dat, *precibus* à Deo verè impetrare, quia sit omnium Dominus factus, & omnia jam tum in manu suâ habeat; Neq; nos indigeamus intercessione Christi, quandoquidem
Deus

Deus ipse nos *amet*, proptereaq; necesse non sit, ut Christus apud ipsum verè seu propriè pro nobis intercedat, sive pro nobis oret, Joh. 16. v. 26. 27. Proindeq; hæc intercessio nihil aliud sit, quàm quòd Christus suâ *potestate* & *authoritate* à Deo acceptâ, nos ab omni malo semper velit liberare? Negatur.

8. An Christus ceu cœlestis & spiritualis Rex in suo regno cœlesti & spirituali, nunc spirituale & cœleste corpus habens, non ampliùs (quoad substantiam) *carnem & sanguinem*, seu corpus carneum & terreum habeat; Eò quòd 1. aliàs mortalis adhuc esset, Joh. 3. v. 6. Esa. 40. v. 6. 1. Cor. 15. v. 50. Ubi *caro & sanguis* non de carnalibus hominibus i. e. carnaliter sapientibus, sed de *carneis corporibus* intelligenda sint; Ac 2. Christus in cœlo aliàs maculatus, pollutus & imperfectus esset quoad essentiam & naturam, si sanguinem adhuc habeat; Et 3. dicere, sanguinem posse ita mutari, ut non sit corruptibilis, sit naturam rerum invertere, quod nec ipse Deus faciat unquam: At loco *rei* corruptibilis substituere, *rem* incorruptibilem, sit dignum Dei potentia, bonitate & sapientiâ facinus? Negatur.

9. An 1. etiam credentes in Christum, non terrea & carnea, sed spiritualia & cœlestia (atque sic, prout Photiniani intelligunt, non *substantiâ* seu *essentiâ* atque numero eadem, sed quoad substantiam alia & numero *diversa*) corpora sint habituri, ex Phil. 3. v. 21. 1. Cor. 15. v. 47. 48. Ubi ista verba: *Dominus de cœlo*, non sine ullâ interpunctione legi, sed post vocem, *Dominus*, hypostigme poni debeat, hoc sensu: Secundus homo nempe *Dominus*, est ex cœlo, sic.

lo, sicut primus erat ex terrâ; Similiter & in v. 49. vocula, *cælestis*, non de Domino, sed de homine explicanda sit; Ac proinde sicut homines corpus terre habent, quatenus à primo homine, qui corpus terre habuerit, orti sint, ita quatenus ex Christo sint, corpus *cæleste* habituri sint? 2. Christi redivivum corpus non fuerit *immortale*, quia retinuerit vestigia clavorum, Luc. 24. v. 30. Joh. 20. v. 27. In immortalis autem corpore & glorificato talia vestigia verè esse non possint? 3. Verba symboli Apostolici: *Credo resurrectionem carnis*, hunc sensum habeant: *Credo resurrectionem carnis, i. e. illius*, quod caro fuit, non autem ipsius hujus nostræ *carnis*, sicut Matt. 21. v. 31. publicani & meretrices dicantur præcedere Phariseos in regnum Dei, i. e. qui tales fuerant, non autem qui *adhuc* tales existunt? Negatur.

10. An 1. Regnum Christi *finem* habiturum esse, probari possit a. ex definitione regni ipsius, quod nihil aliud sit, quàm ut nos regat & salvet, & b. ex 1. Cor. 15. v. 23. 24. 25. 26. Ut & c. ex eo, quòd aliàs nos promissi honoris & throni, Joh. 17. v. 22. Apoc. 3. v. 21. participes evadere nequeamus; Quin & d. ex eo, quòd Deus sit omnia in omnibus futurus, h. e. non Christus, sed *Deus* solus, non tantùm noster, sed & *Christi* Rex futurus sit? 2. Verba Luc. 1. v. 33. *in æternum*, non absolutè, sed respectivè sint intelligenda, ita ut per illa, aliud nihil indicetur, quàm quòd Christus semper dominaturus sit, quamdiu sua *Ecclesia* i. e. Dei populus sit futurus; Quando a. credentes immortalitatem consequantur, cælumq; possessuri sunt, ibi verè nec *Ecclesia* Christi, neque

populus

populus Dei futurus sit, sed aliud quid multò nobilissimum & excellentius; Unde etiam Angelus non simpliciter dixerit, Christum in æternum regnaturum esse, sed *super domum Jacob*; Et ipsum declarasse, quod illa *æternitas* non absolute sed respectivè intelligenda sit, nempe quamdiu *domus Jacob* sit duratura. Et quòd Angelus dixerit, *regni ipsius non fore successorem*, id nil ampliùs noter, quàm quòd nullum successorem in eo habiturus, sed ipse primus & ultimus in eo futurus sit, sicut & de eo dicatur, quòd sit *Sacerdos in æternum* secundùm ordinem Melchisedec futurus, i. e. nullum successorem habiturus; Ac proinde perperam locus hìc de *essentiâ Christi* explicetur, quasi ille nullam matrem in cœlis, in terris autem nullum Patrem habuerit? 3. Nos etiam non propriè simus regaturi in æternum? Negatur.

II. An quæstio illa: *Ubi & apud quos Ecclesia sit*, aut omnino inutilis, aut saltem non ita necessaria, prout hactenus existimatum sit, quia non sit præceptum, Ecclesiam quærere & nôsse, sed satis esse, salutarem Christi doctrinam scire? Negatur.

12. An 1. certissimum non sit, Ecclesiam *semper* fuisse etiam post maximam defectionem, sed audaces sint & temerarii, qui id affirmare audent, quod tamen ipsi neque demonstrare neque scire queant? 2. *Porta autem inferorum*, Matth. 16. v. 18. notent non Diabolum cum omni suâ potestate & calliditate, (quia nusquam infernus in S. literis Diabolo designet, quippe cum inferno nondum quicquam rei habeant; Verùm suo demum tempore

pore unà cum morte & inferno sint in stagnum ignis præcipitandi, Apoc. 20. v. 10. 14.) sed statum & conditionem *mortuorum*, hoc sensu: Qui sunt Christi, illi in statu mortuorum nequeunt in æternum detineri? 3. Solos veros Christianos, & non alios, Christus velit à morte & inferno liberare, iisq; vitam æternam dare, utpote qui sint propriè Ecclesia Christi? Negatur.

13. An 1. Promissiones Joh. 14. v. 16. c. 16. v. 13. solis Apostolis datæ sint, qui sint 12. fundamenta, Apoc. 21. v. 14. Eph. 2. v. 20. ubi per fundamentum non intelligatur *Christus*, sed illi ipsimet, siquidem *Christus* à *fundamento* illo distinguatur? 2. *Christus* Ecclesiam suam super Petrum & reliquos Apostolos ædificavit non simpliciter & absolute, sed limitatè, quatenus illi fuerint Apostoli; Et proinde Evangelici sine causâ reformident Papistis concedere, quòd Matth. 16. v. 18. verba de *Apostolo Petro* sint intelligenda? 3. Quia nemo in Apostolatu illis debuerit succedere, ideò *Christus* istam Spiritus S. promissionem nulli alii, & sic neque ipsi Ecclesie, sed solis Apostolis dederit, & proinde hinc non sequatur, Ecclesiam non posse errare, atque sic neque deficere & interire, ut Papistæ concludant? Negantur illa.

14. An propterea apud Papistas (qui ex 1. Tim. 3. v. 15. non possint evincere, quòd Ecclesia non possit errare & deficere,) non sit *vera* Christi Ecclesia, quia sint idololatræ, & contra expressum Dei mandatum imagines forment & honorent? Negatur.

15. AN I. Missione & vocatione Ministrorum hodie non sit opus, a. Quia prædicatio verbi divini, vocatione præviâ etiam carens sit bonum opus, Jac. 5. v. 20. Illi, qui post Stephani mortem Evangelium prædicârunt, vocatione destituti fuerint, Act. 8. v. 4. Quorum laboribus Deus nihilominus benedixerit, Act. 11. v. 19. Inter quos fuerit Philippus, Act. 8. v. 15. Qui etsi non fuerit Apostolus, postea tamen dictus sit Evangelista ob prædicationem Evangelii, Act. 21. v. 8. Et idem de Apollo statuendum sit; Deinde b. Quia sine præviâ vocatione Baptismus & S. Cœna administrari possit; Et quoad illum quidem nos ipsi concedamus in casu necessitatis; Sicut & Philippus non vocatus eum dispensârunt, Act. 8. v. 12. Quoad hanc verò Christus in institutione nihil de vocatione dixerit; 2. Verba illa Jerem. 23. v. 21. Rom. 10. v. 15. restrictè sint intelligenda, sc. de Prophetis novi quid & antea inauditum annunciantibus, & de initio & nova prædicatione Evangelii; Negatur.

F I N I S.

SOLI DEO GLORIA.





CVM BONO DEO!

DISPUTATIONIS I.

Contra modernas novas opiniones, quibus Ec-
clesia Christi turbatur,

Proposita,

DE

SYNCRETISMI TENTATI
FUNDAMENTO,

Respondente M. ABELE KOCHIO,
Westhmanniâ Sueco,

Questiones:

I.



IN Symbolum Apostolicum, prout
hodie in usu est, omnia creditu ad
salutem necessaria seu omnes Arti-
culos fundamentales exprimat &
comprehendat; Ita ut ad salutem
satis sit, quamvis alia dogmata ignorentur, imò &
negentur; Quin & illi, qui hæc impugnant, modò
Articulos in Symbolo Apostolico expressos sim-
plici fide credunt, fundamentaliter non errent,
nec propriè hæretici appellandi sint? Negatur.

2. An cum Calvinistis & Papistis propterea
quòd Articulos illos omnes Symboli Apostolici
SIMPLICITER acceptant, communio mystica &
fraternitas in Christo iniri & coli possit? Negatur.

A

3. An

3. An Symbolum Apostolicum (loquendo sc. de formulâ illâ, aliâs enim ratione objecti illud apostolicum esse constat) sit traditio Apostolica non scripta, sed ore tenus Ecclesiæ ab Apostolis commendata, & hunc in finem ab illis post effusionem Sp. S. antequam in totum terrarum orbem dispersi fuerunt, congesta, ut notum esset, quot & quinam sint Articuli fidei præcisè & simpliciter cuilibet ad salutem creditu necessarii, & in quod symbolum Catechumeni & Competentes baptizarentur, & simul esset regula non tantùm Christianos à paganis, (quod aliâs verũ est,) sed etiam à quibusvis hæreticis discernendi & dignoscendi Negatur.

4. An partis adversæ hanc causam juvet, dum excipere & distinguere solent. 1. Quòd Symbolum apostolicum sensu Catholico seu apostolico, è quinque seculari consonantiâ Patrum eruendo, sit quoad omnes fidei articulos intelligendum & explicandum? 2. Inter antecedentia, constituentia & consequentia fidem? 3. Quòd alia in aliis symbolis superaddita dogmata, sint tantùm accidentalia additamenta & declarationes? 4. Quòd articulus in aliis omissus nihilominus implicitè in reliquis articulis contineatur? 5. Quòd testimonium Patrum unanime de vero S. Scripturæ sensu sit ἀξιόπιστον, & nullum aliud medium à Deo Ecclesiæ relictum? 6. Inter sensum propinquum & remotum? 7. Inter fidem ipsam & informationem in fide, &c? 8. Inter legem & Evangelium? 9. Inter cognitionem & praxin dogmaticam?

3
gmatum? Negatur, tales distinctiones & rege-
stiones causæ partis adversæ prodesse posse.

5. An Hæretici propriè sint tantùm illi, qui Ar-
ticulum aliquem Symboli Apostolici directè &
expressè negant, non verò qui per consequentiam,
sive qui aliquid ex antecedentibus vel consequen-
tibus negant, atque ita hi, quia in fundamento non
errent nec capitalem errorem foveant, pro fratri-
bus in Christo agnosci (quamvis ad officium do-
cendi non admitti,) possint & debeant, v.g. A-
phthartodocetæ, Monotheletæ, Flaciani, Calvi-
niani, &c.? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis II. contra hodiernas novas
opinionēs,

*De Syncretismo cum Calvinianis ineundo, non
obstante doctrinâ eorum de Prædestinatione,*

Respondente RUDOLFO CAPELLO,
Hamburgensi,

QUÆSTIONES:

1. AN Calvini, Zwinglii, Bezae & supralapsa-
riorum aliorum dogmata de absoluto præ-
destinationis decreto, gratiâ determinante certis
hominibus irresistibiliter cōferendâ, & ex absolu-
to salvandi proposito derivatâ, similiter de neces-
sitate peccandi, & destinatione hominum plero-
rumque ad peccatum & exitium æternum, sint
non hæreses salutis æternæ exitiosæ, sed nævi & er-
rores

A 2

rores

tores in magnis viris ferendi, quos uti Deus condonet, ita nos quoque condonare oporteat? Negatur.

2. An moderni Calviniani, præsertim in Concilio Dordrechtano & Colloquio Thorunensi horridiorem illorum doctrinam & phraseologiam ita mitigârint aut missam fecerint, ut modernâ eorum sententiâ non obstante, à communionemysticâ excludendi aut illorum suorum dogmatum causâ damnandi vel anathemati subjiciendi non sint, sed syncretismus fraternitatis cæteroquein cum illis iniri ac coli possit & debeat? Negatur.


3. An Calviniani hodierni in Articulo de prædestinatione eandem cum Augustino doctrinam foveant, cujus sententia cum in Ecclesiâ Dei tolerata fuerit, & à multis magnisque Ecclesiæ Doctoribus probata, tolerari porro possit citra condemnationem in Reformatis? Negatur.

4. An Formula Concordiæ ejusmodi syncretismum cum Calvinianis, quoad doctrinam Prædestinationis docuerit & suaserit? Negatur.

5. An Philippus Melanchthon, & cum primis B. Lutherus in libro suo de seruo arbitrio durioribus quibusdam sententiis, itidem cum Calvinianis rerum omnium necessitatem urgere, & causam mali deum constitute videantur; Quibus cum tamen Ecclesiæ nostræ semper communionem mysticam aluerint & retinuerint? Negatur.

6. An media, ad hunc Syncretismum ineundum cum Calvinianis, sint i silentium & amnestia, ut lo-

ut locutiones duræ & horridæ, quæ hinc inde apud alterutros occurrunt, silentio involvantur & consepeliantur, 2. tolerantia, ut quod in Lutero nostro ferimus & in ejus ignominiam rapi nolimus, id quod alios pari culpâ obnoxios tenet, itidem contegi patiamur? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis III. contra novas opiniones,

Respondente JACOBO DILHEINIO,

Poruslo,

*De Syncretismo cum Calvinianis ineundo, non
obstantibus erroribus eorum de Personâ Christi*

& de Sacramentis,

Quæstiones:

1. **A**N propterea Calviniani in Consortium spiritualis fraternitatis recipi possint & debeant, quia nobiscum statuunt, 1. Christum esse verum Deum & Hominem, unam personam, ita ut realissimè de Deo enunciatur, quòd sit homo, natus, &c, & de Homine, quòd sit Deus æternus, &c; Huic personæ divina competere ratione divinæ, & humana ratione humanæ naturæ, utraq; verò per unam personalitatem inconfusè unita? Et Deus plura nosse & credere quoad hunc articulum ab homine ad salutem ipsius non requirat? 2. Quia anathematismos Concilii Ephesini & Chalcedonensis recipiant, & hæreses damnatas ex æquo repudient & damnent? Negatur.

A. 3

2. AN

2. An idè etiam in fraternum commercium
admitti debeant Calviniani, quia omnes fatea-
mur, 1. doctores humanæ naturæ collatas, majores
esse, quàm ut humana mens capere & lingua ex-
ferre queat; Sicut 2. & Divinitatem per huma-
nitatem ceu per proprium sui ipsius, sibiq; perfor-
maliter junctum organon operari; 3. Nec ta-
men de humanitate proprietates divinas enuncia-
ri debere, quasi illi in se formaliter insint? Et quia
plerique eruditorum & fidelium Christianorum
hæc non intelligant? Negatur.

3. An manifestè demonstrari possit, Calvinia-
nos circa Articulum hunc de personâ Christi, er-
rores ipsum fundamentum labefactantes fovere,
qui proinde saluti exitiosi & hæretici sint? Affir-
matur.

4. An errores Calvinianorum, quos habent de
Sacramentis, de Baptismo, & similiter de S. Eucha-
ristiâ saluti æternæ exitiosi non sint, ita ut illis non
obstantibus Fraternitas spiritualis cum illis iniri
& probè coli possit? Negatur.

5. An solidè evinci possit, Calvinianos tales in
Articulis de Baptismo & S. Eucharistiâ errores
amplecti & propugnare, qui sint fundamentales,
& saluti hominum perniciosi? Affirmatur.

CVM BONO DEO!

Disputationis IV. contra novas opiniones,
Resp. GEORGIO PHILIPPO Steinruck / Ensa-
Waldecco,

De Syncretismo cum Papistis sanciendo, non ob-
stantibus erroribus illis, quibus sunt addicti. Quæ

Quæstiones :

1. **A**N fidei rerumq; tradendarum, geminum credendum sit principium, non ad hominem tantum, sed quoad rem ipsam, Scriptura scilicet Sacra, & ecclesiæ traditio, per priora quinque secula inde à nato Christo, Patrum scilicet illarum ætatum, quorum monumenta supersunt adhuc, scriptis comprehensa, & ex iisdem eruenda; Ut ita non tantum id haberi debeat pro indubitato dei verbo, quod in Scripturis luculenter reperitur, sed etiam id, quod à Patribus istis unanimi consensu traditur? negatur posterius.

2. An controversiæ, quæ nobis cum Pontificiis de remissione peccatorum & justificatione ac salute intercedunt, non concernant fundamentum, neque tanti momenti sint, ut propter eas communio & fraternitas spiritualis inter nos coli non possit? negatur.

3. An errores Pontificiorum de Sacramentis, quæ vocant, tolerari possint, ceu innoxii saluti, non verò anathemate percutiendi ceu damnabiles & exitiosi saluti, nec ob eisdem Pontificii damnandi sint? negatur.

4. An errores Pontificii de cultu publico Dei, & de Romano Pontifice, ut & de verbo Dei, fundamentum fidei neq; concernant, neque exitiosi sint saluti æternæ? negatur.

5. An Judæi & Mahumedani ab idololatriâ alieni sint statuendi & appellandi? negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis V. habitæ contra novas
opiniones,

DE

Eo, quòd Deus sit causa peccati per Accidens,

Respondente EBERHARDO TILMANNI,

Unna-Westphalo,

Quæstiones:

1. **A**N si peccatum fuerit Ens positivum, alteru-
trum necessariò sequatur, scilicet aut pecca-
tum à Deo esse, aut aliud quoddam præter Deum
dari rerum principium, ? Negatur.


2. An Deus salvâ fide & pietate sit diciq; pos-
sit, causa peccati per Accidens, indirectè & im-
propriè, licet non per se, propriè & directè? Ne-
gatur.

3. An necessitas nos urgeat, Deum causam pec-
cati per Accidens statuendi, ob dicta S. Scripturæ
duriora, v.g. Gen. 40. v. 8. Exod. 7. v. 4. c. 9. v. 12. Pl.
105. v. 25. Job. 12. v. 24. 2. Sam. 12. v. 11. c. 16. v. 10.
1. Reg. 22. v. 23. Esa. 19. v. 14. c. 64. v. 17. Johan. 12. v.
40. Act. 2. v. 23. c. 4. v. 27. Rom. 1. v. 24. 26. 28. c. 11.
v. 8. 2. Thess. 2. v. 12. &c? Negatur.

4. An idem defendi possit, quòd scilicet Phra-
seologiâ illâ, Deum esse causam peccati per acci-
dens, utendum sit, ex Rom. 4. v. 15. & 2. Cor. 2. v.
16. ? Negatur.

5. An ad defendendum veritatem contra Cal-
vinianos?

9
vinianos, statuentes, Deum incitare & impellere
ad peccatum, in Scholis Theologorum phrasis il-
la: Deus est causa peccati per Accidens, necessa-
riò adhiberi debeat? Negatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis VI. contra novas opiniones,
habitæ,

Respondente M. MICHAELE SIRICIO,
Lubeccensi,

DE

*S.S. Trinitate & Apparitione Filii Dei in
Veteri Testamento,*

Quæstiones:

1. **A** Nex V. T. satis clarè, solidè & invictè My-
sterium S.S. Trinitatis contra Adversarios
demonstrari possit, etiam illos, qui N. T. non reci-
piunt: Et an illud falsum esse, comprobetur ex eo,

1. Quòd aliàs distinctio V. & N. T. tollatur; 2.
Quòd Judæi mysterium illud penitus ignorârint,
Joh. 1. v. 18. c. 10. v. 33. Matth. 22. v. 43. &c. Adde
Matth. 16. v. 17. 3. Quòd David nusp. legatur
Deum precatus propter Filium, juxta Joh. 16. v.
24. 26. ? Prius affirmatur; Posterius negatur.

2. An pii in V. T. obligati non fuerint myste-
rium S. Trinitatis credere, nisi hoc implicito sensu
seu cognitione confusâ, quòd Deus sit Creator,
qui eos per Messiam liberaturus sit, & per Sp. S.
sanctificet, atq; hoc modo crediderint illi tantùm

A S in

in Deum Creatorem, Redemptorem & Sanctificatorem, & an hoc ex Patribus & B. Luthero probari possit? Negatur.

3. An Filius Dei nondum incarnatus in V. T. Patribus apparuerit in propriâ hypostasi, non quidem in se invisibili aut Naturâ humanâ in personam suam tunc assumptâ, verum specie seu figurâ solùm sibi appropriatâ ad tempus, idq; in distinctione ad Patrem & Spiritum S.? Et an hoc ex V. T. ut & ex Patribus firmiter probari possit? Affirmetur utrumque.

4. An Filius Dei in V. T. apparuerit non in specie immediatè sibi appropriatâ; (ut dictum est in §. 3.) sed Deus hominibus apparuerit mediatè per unum aut plures Angelos creatos, qui visibilem formam induerint, & sic ceu Legati & Ministri Dei hominibus loquuti sint? Negatur.

5. An prior illa sententia propterea sit deserenda, quia Arianis Patrocinium quodammodo præbeat, & quia aliàs sequatur, Filium Dei in V. T. in personam suam, Naturam aliquam assumpsisse. Posterior verò sententia propterea sit amplectenda, quia fundetur in Scriptis V. cum primis N. T. v. g. Exod. 3. v. 2. c. 20. v. 2. Act. 7. v. 30. 35. Hebr. 2. v. 2. Act. 7. v. 34. 33. Gen. 18. v. 2. c. 19. v. 1. Hebr. 13. v. 20. Gen. 32. v. 24. Hos. 12. v. 4. Jos. 5. v. 13. Exod. 23. v. 20. 23. Num. 20. v. 16. Et pugnet contraria sententia cum discrimine V. & N. T. utpote in quo N. T. solo Deus dicatur nobiscum locutus per Filium suum, atque sic non in V. T. Heb. 1. v. 1. 4. Ac secundum posteriorem sententiam ministerium Angelis, no-

ET

lis, nomen verò & gloria Jehovæ, soli Deo tribua-
tur, & Deitas Filii nihilominus inde probari possit;
Quin & Autores antiquos & recentiores, patro-
nos habeat? Negatur utrumque.



CUM BONO DEO!

Disputationis VII. contra novas opiniones
habitæ,

DE

*Iustitiâ hominis primævâ & originali seu
de Imagine Dei,*

Respondente REINHOLDO DERSCHOW,
Regiomontano Porusso,

Quæstiones:

1. **A**N homo ante lapsum per Naturam suam
Deum cognoscere & spiritualia cœlestiâque
appetere non potuerit? Et an appetitus sensiti-
vus naturalem inclinationem & propensionem
habuerit superiori facultati, menti scilicet con-
trariandi, ita ut Deus per superadditas vires super-
naturales atque spirituales istum Naturæ defe-
ctum curare & ab actuali vitium illarum rebel-
lione seu ab actu secundo contrarietatis illius ho-
minem liberare necesse habuerit? Negatur.

2. An homo ante lapsum, propterea per Natu-
ræ suæ conditionem immortalis esse non potuerit,
quia aliâs post lapsum, quando mortalis factus est,
substantia & essentia ejus mutata, & ille non so-
lum in aliam speciem, verùm etiam planè in aliud
genus

genus translatus fuisset, sicut homo qui nunc mortalis est, supernaturaliter olim quoad essentiam suam per corruptionem & resurrectionem mutandus sit, quando immortalis futurus & vitam æternam ingressurus est, tametsi idem genere, specie & numero homo incomprehensibili Dei vi resuscitandus sit; Idq; omne propterea, quòd juxta Aristotelem, corruptibile & incorruptibile non solùm numero & specie, sed etiam toto genere differant? Negatur.

3. An homo ante lapsum per Naturæ suæ conditionem habuerit potentiam, (quam pars adversa, remotam quidem dicit, attamen alibi eam expressè in hâc ipsâ Materiâ nominat actum primum & inclinationem naturalem, atque sic per potentiam proximam intelligit talem potentiam, quæ, simul cum actu suo secundo conjuncta est,) moriendi, ita ut illa potentia, ne erumperet in actum, per supervenientem Dei gratiam & singularem providentiam cohibita fuerit, atque sic Deus extrinseco solùm dono defectum illum Naturæ compensârit? Negatur.

4. An imago Dei, ad quam homo conditus erat, consistat non solùm in spiritali sanctitate & justitiâ, verùm etiam in intellectu & voluntate hominis, atque dominatu super creaturas simili, Deo, ita ut illâ quidem ratione per lapsum sit deperdita, non vero hâc, siquidem juxta hanc homo etiam post lapsum adhuc dicatur imago Dei, Gen. 9. v. 6. 1. Cor. 11. v. 7. Jac. 3. v. 9. ? Negatur posterius.

5. An spiritalis illa justitia & sanctitas primi hominis

hominis ante lapsum, seu Imago Dei in illo, possit
quidem appellari *naturalis*, sed non alio respectu,
nisi quia 1. fuerit concreata, 2. in totam posteri-
tatem per naturalem generationem propaganda,
3. per illam Natura hominis perfectior reddita,
4. Et actus secundus à defectu ejus naturali per
eam sublatus sit, 5. ita ut hoc pacto sicut & in
temperamento suo & compage virium animæ ra-
tionalis naturali, illâ Dei imagine per lapsum amis-
sâ, Natura ipsa fuerit corrupta & miserè deprava-
ta; Cæteroquin verò ista Imago Dei, simpliciter
supernaturalis & superveniens fuerit, idque propterea
1. quia nec Naturam hominis essentialiter consti-
tuerit, nec illam constitutam naturaliter consecu-
ta sit, sed ab extrinseco superaddita sit, 2. quia
aliâs & nunc post lapsum dona spiritualia, seu ima-
go Dei in nobis aliquo modo instaurata, naturali-
ter se habere dicenda essent, contra Ephes. 4. v. 23.
24. Col. 3. v. 10. 7 Negatur, quia S. Scriptura adhuc
alium modum unâ ostendit, quo Naturalis fuerit,
dum scilicet ex creatoris ordinatione, imago illa ad
naturalem ejus rectitudinem & perfectionem,
ipsi debitam, requirebatur, & vi illius nulla planè
etiam defectusq; rebellionis & contrarietatis,
sicut & mortalitatis, sive actu primo sive secundo,
sive potentiâ ad actum quidem inclinante, attâ-
men extrinsecus prohibitâ, sive potentiâ cum ipso
actu conjunctâ, in primo homine locum habuit,
ita ut per Naturam illam suam rectam & integram
Deum suum verè & spiritualiter cognoverit & co-
luerit, & hoc modo nunc post lapsum illa natura-
lem

lem suam rectitudinem, spirituales scilicet illam
Dei imaginem, amiserit & fœdè corrupta sit.

6. An qui hâc in parte à nobis dissentiunt, ab
omni Manichæismo & Pelagianismo alieni sint,
nos verò ob hanc nostram sententiam rei simus
Pelagianismi, Flacianismi, & Manichæismi? Ne-
gatur utrumque.

C V M B O N O D E O!

Disputationis IIX. contra novas opinio-
nes institutæ,

DE

Peccato hominis Originali & Traduce
anima,

Respondente M. JOHANNES CHRISTOPHORO
MINDERLINO, Ratisbonensi,

Questiones:

1. **A**N peccatum originale formaliter sit tan-
tùm privativum quid, seu non-Ens, & ni-
hil, nuda carentia justitiæ primigeniæ & naturalis,
non verò formaliter simul inclinatio inordinata,
dispositio, propensio, pronitas & impetus ad ma-
lum, & vitiosus habitus, qui per lapsum Adami &
Eve, potentiis humanæ naturæ à Deo creatis ac-
cesserit, easque penitus & intimè corruerit, sed
cum materiale & à Deo creatum atq; in se bonum,
ad Naturam hominis ejusq; potentias naturales
pertineat, quibus objectum suum naturaliter ap-
petat, exemplo Christi, naturaliter mortem refu-
gentis; Concupiscentiæ, furti, &c, ubi actus appe-
titionis

ditionis & actionis sit naturalis & à Deo, ceu materiale, *αινοψία* verò ceu formale & merè privativum sit propriè peccatum & à Diabolo; Idq; ex 1. Joh. 3. v. 4. Rom. 3. v. 23. &c. **Negatur.**

2. An orthodoxè dici possit, imò & debeat, quòd Ratio, ejusq; lumen naturale, quatenus post lapsum inest corruptæ hominis Naturæ, sit carnale & inclinet hominem ad peccandum contra Deum? Et an obstet, quòd illud lumen Rationis in se sit Dei donum & creatura, ac abusus illius & corruptio sit vera peccati causa solùm? **Affirmatur prius: Negatur posterius.**

3. An dictum illud Pauli, Rom. 8. v. 7. Sapientia carnis est inimicitia adversus Deum, sufficienter ita explicetur: Quod carnalis corruptio sapit & quò inclinat, inimicitia est? **Negatur.**

4. An verba Apologiæ A. C. latina, quibus peccatum originale ex Thomâ definivit, quòd etiam sit corruptus habitus, minùs rectè versa sint: **Sic Erbsünd ist aliquid positivum? Negatur.**

5. An hæc sententia, quòd peccatum Originis sit etiam formaliter vitiosa qualitas & inclinatio inordinata ad malum, foveat Manichæismum & Flacianismum? **Negatur.**

6. An peccatum Originis in infantibus sit tantùm impotentia remota, in adultis verò proxima, quoad spiritualia, ita ut illi istâ impofterum demum non possint habere, timorem & fiduciam in Deum, non enim actu illos isthæc habere necesse esse, & impofterum demum, ubi adolescunt malum actu concupiscant, hi vero istâ suâ impotentia,

riâ, ex se, actu Deum non timeant, verum malum concupiscant? Et an infantes ante usum rationis nulla peccata actualia habere & peccata non facere evincatur ex Deut. 1. v. 39. Rom. 5. v. 14. &c? Negatur.

7. An Gal. 5. v. 17. per carnem intelligatur facultas animæ inferior, appetitus scilicet sensitivi, per Spiritum verò facultas ejus superior, scilicet intellectus seu animus? Negatur.

8. Utrum Anima hominis hodie à Deo immediatè creata infundatur, an verò per traducem propageretur? Posterius affirmatur, prius verò à nobis negatur.

CVM BONO DEO!

Disputationis IX. novis opinionibus
oppositæ,

De Personâ Christi,

Respondente NICOLAO Sangerhanß / Stadenſi,
Quæstiones:

1. **A**N propter unam utriq; communem substantiam una Natura de alterâ, in personâ Christi, ut & proprietates unius Naturæ de alterâ in concreto verè & propriè prædicentur, v. g. Deus est Homo, Homo est Deus, Deus est passus, Homo Christus est ante Abrahamum, omnipotens, &c, ad eum modum, quo ferrum dicitur igneum, igneum est ferreum, igneum est durum, ferreum est lucens & ardens, malus fert pira, & pirus fert mala, aureum est argenteum, argenteum est aureum, scilicet calix, &c? Et an ex hisce

hisce exemplis, seu inductione unionum suppositivum & ex Philosophiâ quoad generales illas notiones, de illis propositionibus in Christo judicandum sit? Negatur.

2. An Nestorianismus tantum & præcisè in eo consistat, dum directè negatur unio Naturarum quoad hypostasim, & Unitas personæ Christi, & non etiam in eo, quando negatur ipsarum Naturarum, earumque proprietatum, inter se invicem mutua & vera communicatio, atque ita consequenter solvitur unitas personæ Christi? Prius negatur, pòsterius verò à nobis affirmatur.

3. An Filius Dei nusquam sit extra humanam naturam, sed ubique secum habeat illam non prout considerantur ipsæ etiam inter se naturæ & objectivè designantur, verum in quantum solum spectatur ipsa hypostasis seu subsistentia communis? Et num homo Christus in concreto, & ipsa humani Christi natura sit omnipræsens, omnipotens, vivifica, &c, non quoad substantiam seu essentiam suam spectata, ita enim esse non nisi uno in loco, sed tantum per accidens ratione hypostasios, idque propterea, quòd aliàs illa quæ talis esset omnipræsens subjectivè, formaliter, inhæsiivè & per se per Eurychianismum? Negatur utrumque.

4. An Christus ut homo quoad substantiam suam & quidem per subjectivam denominationem quidem possit esse præsens ubique, & ibi, ubi suam præsentiã promisit, v. g. in S. Cœnâ & in Ecclesiâ; At hoc non sit immiscendum Unioni personali? Respondetur, non misceri seu confundi quis

di quidem cum illâ, attamen ex illâ ceu fundamento ultimo & unico derivari.

5. An humana Natura sit instrumentum Filii Dei in divinis operationibus, non ac si habeat unam cum illo potentiam divinam cōmunem, aut ac si illud ex Unione personali fluat & proveniat, dum illa ad dominium & opera divina ceu instrumentum à Filio Dei usurpatur, verùm quòd illa ita adhibeatur agendo in virtute causæ principalis? Et an D. Brentius erraverit, communicationem divinæ potestatis & celsitudinis unioni personali includendo? Atque an Eph. 4. v. 10. Hum. Christi natura, omnia impleat, non quoad substantiam tuâ, sed quoad omnipræsens dominium, ad quod ille eam ceu instrumentum suum adhibeat? Negatur.

6. An ille, qui asserit, quòd Unio duarum Christi Naturarum (quam nos statuimus hypostaticam, & nequaquam accidentalem) consistat in unius potentiae, dignitatis, Majestatis, operationis & omnipræsentiæ divinæ communicatione, eo ipso incidat in Nestorianismum? Negatur, cum hâc tamen admonitione, quòd illa communicatio sit verum consequens hujus Unionis personalis.

7. An Jac. Faber Stapul. doctrinam de omnipræsentiâ carnis Christi primus in Ecclesiam introduxerit, ante eam autem nunquam tradita fuerit? Item, an B. Lutherus ab illo istam doctrinam mutuatus sit, & ipsemet unâ cum aliis nostris Theologis illam tandem abjecerit, & ut de eâ agatur, disuasit? Negatur.

8. Ad

8. An Christus quoad animam tantum in infernum descenderit? Item: An probari possit ex Gen. 37. v. 35. Job. 7. v. 9. c. 17. v. 13. 16. Psalm. 6. v. 6. Psalm. 38. v. 18. Apoc. 20. v. 13. 14. animas fidelium V. T. fuisse post mortem in loco aliquo obscuro & ignoto sub terrâ? Et an propterea mortui dicantur inferi (Phil. 2. v. 10.)? Denique an animæ fidelium in N. T. ad Christum quidem in cœlum veniant, & apud ipsum semper sint, ita tamen ut locus illarum non amplius adeò obscurus & ignotus sit, ut infernus appellari possit, ut in V. T.? Resp. non ita asseri debere.

CVM BONO DEO!

Disputationis X. contra hodiernas opiniones
novas, habitæ,

De Conversione Hominis ad Deum,

Respondente FRIDERICO MÜLLERO,
Regiomontano Porusso,

Quæstiones:

I. **A**N libertas liberi arbitrii, quod homini sit ad-
huc naturale, & animæ rationalis pars essen-
tialis & inseparabilis, consistat non in libertate à
coactione aut in spontaneo motu, utpote qui &
rebus inanimatis, brutis & pueris competat, ve-
rum in tali potentia electivæ indifferentiâ, quâ se
ad objectum tam per specificationem & contra-
dictatem, quam per exercitium & contradic-
tionem eligendum, determinare possit, quæq; ita sit
de essentiâ liberi arbitrii, ut nisi illam retineat &
habeat,

habeat, liberum arbitrium non ampliùs esse possit?
Negatur.

2. An homo (qui etiam in *naturalibus* actionibus ad eligendum bonũ sæpe impediatur, nihilominus liberum habeat arbitrium & potestatem liberam electivam, liberetur autem ab impediementis illis per *rectitudinem* prudentiæ naturalibus viribus comparatam,) in spirituali sui conversione possit etiam dici habere liberum arbitrium illud, de quo in 1. thesi, per lapsum non amissum, sicut nec intellectum, ita ut illud omnesq; animæ vires per Sp. S. gratiam rectificentur, curentur & sanentur, quò nunc bonum spirituale cognoscere & desiderare queant? Respondetur, phrasim illam de Pelagianismo valde suspectam meritò vitari debere, etiamsi prætexatur, conversionem hominis à *viribus* superadditis & supernaturalibus tantùm, seu à libero arbitrio non ut in viribus corruptis suspensato, sed ut sanato à Sp. S. pendere. Nam & de cæo dici potest, quòd neque actum neque potentiam cum actu scilicet conjunctam visionis habeat, cui tamen vires & potentia videndi competunt, quibus etiam videt, postquam scilicet illæ rectificatæ & curatæ sunt per superadditam rectitudinem, &c.

3. An distinctio Augustini inter gratiam Dei prævenientem, operantem cooperantem & subsequenter sit alienior à simplicitate primitivæ Ecclesiæ, valde obscura & inconstans? Negatur. Vide Dn. D. Chemnit. in L. C. p. 208. seqq. de libero Arbitrio,

4. An

4. An Augustinus statuatur gratiam Dei necessitantem seu irresistibiliter & invincibiliter determinantem, quo ipso potentia animæ electiva & libera ab Augustino per incogitantiam evertatur? Negatur. Vide Dn. D. Calov. in Syncret. p. 263. seqq.

5. An rectè dicatur, auditus verbi divini consistere in viribus hominis naturalibus? Negatur, quatenus verbum divinum pro objecto illius habetur.

6. An propterea asserendum sit, hominem per consultationem, deliberationem & *παραίεσιν* seu electionem *liberi sui arbitrii*, (ad hominis essentiam scilicet pertinentis, per lapsum non amissi, & in indifferentiâ ac potestate eligendi alterutrum ex objectis tã cõtrariis quàm contradictoriis constituti, postquã viribus spiritualibus, per Dei gratiam jam instructum est, uti pars adversa loqui solet,) pœnitentiam agere & plenè nunc velle atq; credere, 1. Quia sit actus humanus, non beluimus, fortuitus, &c; 2. Quia Deus dicatur hominem illuminare, homo autem pœnitentiam agere & credere, nõ Deus; 3. Quia obscurior cognitio & desiderium debile, per Sp. S. indita pœnitentiam & fidem plenam præcedant; 4. Quia Deus ita dicatur hominem convertere, ut ipse etiam homo se dicatur ad Deum convertere; 5. Quia homo admonitionibus, comminationibus, dehortationibus & promissionibus divinis ad pœnitentiam & fidem incitetur, quod locum habere non possit, ubi *liberum arbitrium* desit; Ad ea enim quæ neque

*Spontanea sunt, neque sunt in nobis agenda, hortari neminem, Aristot. l. 3. Ethic. c. 7. 6. Quia aliàs homo ut no momento per raptum Enthusiasticum & necessarium converteretur; 7. Quia aliàs in Manichæismum incideremus, qui homini Arbitrii libertatem planè adimebat; 8. Quia pœnitentia & fides ultimum complemeptum conversionis præcedant saltem naturâ, si non tempore, quæ si sint actiones, imò quia tanquam actus imperati sint actiones, omnino necesse sit, hominem in fine conversionis suæ aliquid operari seu agere, & sic non merè passivè se habere, antequam plenè convertatur? Negatur, illud assertum ex rationibus adductis evinci posse; Quia ipsa pars adversa statuit, primum velle seu initium conversionis dari homini sine præviâ deliberatione liberi ejus arbitrii à Deo; Illud etiam, dum homo dicitur pœnitentiâ agere, se ad Deum convertere, & ab hoc admoneri, ad initium conversionis æquè refertur quod tamen non est in potestate liberi arbitrii consultantis & semetipsum determinantis, ut Antagonista fatetur; Ad hæc, quamvis post primum motum à Sp. S. per verbum datum, voluntas humana non jam se amplius habeat purè passivè, sed mota & adjuta à Sp. S. in luctâ magnâ sit *σύνεργος* Dei seu cooperetur per gratiam operantem, concomitantem, subsequenrem, non tamen id præstat potestate liberi sui arbitrii, ad naturam suam pertinentis, ut Antagonista loquitur, verùm tantùm *viribus voluntati suæ à Sp. S. gratiâ datis*, per quas Arbitrium antè planè mortuum, nequaquam autem liberum.*

liberum, jam est liberatum & vivificatum, &c. De quo
in nostratum scriptis uberius.

7. An sit ὑποτύπωσις ὑγιαίνόντων λόγων, quando dicitur suppositâ gratiâ Dei, vires scilicet spirituales & motum primum largiente, in hominis potestate jam situm esse, ut regeneretur & non regeneretur, convertatur & non convertatur? Negatur. Quia nisi gratia Dei, quæ hominem ita prævenit, præparavit & excitavit, pergeret eum sequi, cooperari, adjuvare, sustentare & confirmare, omnino ille in luctâ illâ subsistere & ad plenam sui conversionem pervenire, & hanc ipsam continuare non posset.

8. An Patres ante motum certamen Pelagianum, nimium deprædicantes liberum arbitrium in homine, hoc tantum voluerint, quod primum plenum velle bonum, quod conversio hominis sequitur, sit actus deliberatus & contingens liberi arbitrii, postquam gratiâ Dei est donatum? Negatur hoc indistinctè verum esse. Vide Dn. D. Chemnit. p. 1. L. C. de lib. arbitr. p. 219. 224. 225.

9. An inquirendum non sit, quomodo Sp. S. in hominis conversione operetur? Respondetur, si hoc ipso occultatur opinio de efficaciâ verbi divini morali, tum falsum omnino est & contra S. Scripturam, Rom. 1. v. 16. 1. Cor. 1. v. 18. Jerem. 23. v. 19. 2. Pet. 1. v. 19. &c. Conf. Dn. D. Calov. tract. de causâ p. per accid.



CVM BONO DEO!

Disputationis XI. novis opinionibus oppositæ.

DE

Justificatione hominis, & necessitate bonorum operum ad salutem,

Respondente JUSTO HERMANNO SINOLD,
dicto Schüs!

QUÆSTIONES:

1. **A**N ut homo in statu gratiæ permaneat, præstet serium veræ pietatis & sanctimonix studium, si non aliâ ratione, certè tanquam causa, quæ removeat causam aliâs destructuram, quod nos servatum cupimus; Sicut enim fides per illud pietatis studium non quidem acquiratur, attamen jam ante acquisita conservetur: Ita per illud vita sive jus ad hæreditatem vitæ æternæ aliquando ad eundem non acquiratur, sed acquisitum, ne amittatur aut intercidat, custodiatur, quæ & confirmetur, Nil aliud enim esse firmam effici, 2. Pet. i. v. 10. quàm jus illud nobis confirmari; Id quod etiam Apologus A. C. art. 20. asserat, corpus doctrinæ Julii, &c. Negatur.

2. An in S. Scripturâ illa solùm opera negentur necessaria ad justificationem & salutem æternam, quæ sunt opera ex lege solùm, sive ceremoniali, sive morali ante fidem in Christum, sine Sp. S. provenientia, non verò ex fide in Christum, Actor. 15. v. s. 28. 29. Et an Paulus in suis Epistolis illa præcipue exclu-

dat & ratione efficientiæ & coëxistentiæ seu præ-
sentiæ, Gal. 2. v. 21. c. 3. v. 2. 10. c. 5. v. 1. 2. 13. Negatur.

3. An juxta Paulum, bona opera non quidem
sint necessaria ad justificationem, hanc enim illa ceu
fructus consequi, Gal. 2. v. 16. neque etiam externa
bona opera justificationem sequentia sint necessa-
ria, ad salvationem seu beatificationem, ubi homini post
pœnitentiam spatium ulterius vivendi statim cri-
pitur; Nihilominus sint necessaria post adeptâ jam
justitiam & adoptionem, ad plenariam vitam æternam
fruitionem, post baptismum aut pœnitentiâ quidem
statim morientibus bonum saltem propositum
piè vivendi, & interiores fructus Sp. S. Superstiti-
bus autem externa etiam bona opera, idq; quoad
hocce, ad salutem æternam cursu minùs interrup-
to consequenda, non quidem ut causa effici-
ens aut instrumentum, seu ratione efficientiæ, sed
ut conditio subjecti salvandi, & removens (non
quidem efficienter, verùm formaliter,) prohibens,
peccatum scilicet, ac ratione coëxistentiæ seu præ-
sentiæ? Seu ut alii loquuntur, studium pietatis ad
salutem esse necessarium & requiri, quia justitia &
salus nobis per fidem, sub conditione bonorum operû do-
nentur & nõ aliter. Gal. 2. v. 17. 19. c. 5. v. 6. 13. Rom.
8. v. 13. c. 10. v. 10. Hebr. 10. v. 36. c. 12. v. 14. Negatur.

4. An hæc propositio: *Bona opera sunt necessaria
ad salutem*, ex eo ceu vera sit recipienda, quia Apo-
stoli in suis scriptis, licentiam impiè vivendi, quam eo
tempore quidam, qui nihilominus salvari vole-
bant, ex justificatione nostri per fidem sine operi-

bus sibi præsumebant) graviter reprehendant,
 Rom. 3. v. 8. Jac. 2. v. 14. 17. 26. 2. Pet. 2. v. 1. 9. c. 3. v.
 14. Epist. Judæ v. 3. 4. ? Et an ex propositione nega-
 tivâ : *Bona opera non sunt necessaria ad salutem*, sequa-
 tur licentia impiè vivendi, & quòd pietas non
 sit necessaria, verùm contingens seu arbitraria, quæ
 possit esse & non esse in homine salvando? Ne-
 gatur.


5. An hæc propositio sit sana: Fides, quæ nos
 justificavit, per charitatem & bona opera se exere-
 re debet, *quatenus* justificati manere & salvi fieri
 velimus? Item hæc: *Justitia & salus nobis per*
Evangelium & fidem offertur & donatur, eâ tan-
tum conditione, ut piæ vitæ studeamus, idq; ex Rom.
 8. v. 13. Joh. 13. v. 17. 1. Tim. 2. v. 15. 2. Tim. 2. v. 12.
 Matt. 10. v. 33. c. 25. v. 31. 2. Cor. 5. v. 10. Rom. 2. v. 6.
 7. Gal. 6. v. 7. 8. Tit. 3. v. 5. 8. 1. Tim. 4. v. 8. Luc. 1. v. 71.
 74. 1. Pet. 2. v. 24. c. 4. v. 2. Rom. 6. per totum. Jac. 2.
 v. 26. Act. 14. v. 22. Hebr. 10. v. 36. c. 12. v. 14. Rom.
 10. v. 10. 1. Cor. 7. v. 19. coll. cum Gal. 6. v. 15. c. 5. v. 6.
 Marc. 1. v. 15. Luc. 24. v. 47. Matth. 3. v. 2. Act. 2. v. 38.
 c. 3. v. 19. 2. Cor. 5. v. 10. &c? Negatur.

6. An propositiones hæc sint *ἰσοδυναμῶσαι*?
Bona opera sunt necessaria homini salvando, 2.
B. opera sunt necessaria, si homo vult salvari, 3.
B. opera sunt homini necessaria ad consequendam
salutem; Sicut hæc æquipolteant: *Remotio impe-*
dimentorum est necessaria, ut conclave illustretur,
 2. si illustrari debet, 3. ad illustrationem conclavis?
 Negatur.

7. An hæc propositio sit sana: Fides non est
 suffi-

sufficiens ad consequendam salutem, sine bonis operibus? Negatur.

8. An propositio illa: Bona opera sunt necessaria ad salutem, sive promerendam & consequendam, sive retinendam, conservandam & consummandam, propterea sit evitanda, quia in libris Ecclesiarum nostrarum symbolicis & ab aliis gravissimis Theologis est rejecta, ac est obvia sensui S. Scripturae contrario? Affirmatur.



CVM BONO DEO!

Disputationis XII. contra novas opiniones instituta,

DE

S. Eucharistiâ, aliisque Dogmatibus,

Respondente HERMANNO POELMANNO,
Neostadio-Westphalo.

Quaestiones:

1. **A**N B. Lutherus in verbis Christi: Hoc est corpus meum; Hoc est sanguis meus, Zwinglio & Carolostadio ex abundantia concesserit Synecdochen Rhetoricam, ceu tropum proprie sic dictum, sumendo scilicet totum pro parte, aut certe ejusmodi novum modum Rhetoricum, qui usitatae hactenus descriptioni Synecdoches Grammaticae planè distortis sit? Et an Scholasticorum opinio sit amplectenda, intelligentium per Hoc, substantiam aut rem aliquam confuse cognitam, unitam cum pane, aut contentum, sub hoc, &c? Negatur.

2. An

2. An nos sive ob causam aliquam in textu, sive propter Patrum sententiam, locum illum Johann. 6. v. 53. 54. 55. 56. necesse habeamus explicare non de spirituali & tropicâ, verum de sacramentali & in proprietate literali sumtâ manducatione & bibitione corporis & sanguinis Christi, non quidem ac si Christus eam dicto in loco instituerit, sed quòd ad illam digitum intenderit & respexerit tanquam imposterum instituendam? Negatur. Conf. Dn. D. Chemnit. in Exam. C. T. part. 2. p. 324.

3. An sacrificia V. T. suum effectum ex opere operato habuerint, & adhibita fuerint non ad remissionem peccatorum coram Deo, sed tantum ad exteriorem expiationem, ne ex populo Israël ejicerentur? Negatur.

4. An S. Eucharistia, eò quòd Patres passim eam ita appellant, etiam hodie commodè sacrificium memorativum & repræsentativum appellari possit & debeat, idque propterea, quia Christus S. Eucharistiam instituit in sui commemorationem? Nos approbamus consilium Dn. D. Chemnitii in Exam. C. T. p. 2. de Missâ, p. 351. ubi tribus de causis S. Cœnam mavult appellari Sacramentum, quàm Sacrificium; Quas ibi vide.

5. An charitati Christianæ conforme, & minime erroneum sit, etiam in S. Eucharistiâ pro mortuis Christum offerre, id est, Deum per Christum ejusque passionem & mortem rogare, idque cum in finem, ut, quamvis utilitas precum illarum explicata difficilis sit, nihilominus judicium rigorosum,

sum, quod adhuc in die extremo subire necesse habent, mitigetur, juxta Rom. 14. v. 10. 12. Matth. 12. v. 36. 2. Tim. 1. v. 17. & preces hodiernæ Litanix in Ecclesiis nostris: Am jüngsten Gericht / hilff vns lieber H & R & E Gott / id est, in judicio extremo juva nos optime Deus, simul & ritum antiquæ Ecclesiæ? Negatur.

6. An falsum sit, notitiam ejus, quod verbum nos docet, esse primam & intrinsecam partem fidei salvificæ; Econtra primus ejus actus seu pars sit assensus, qui ex notitiâ verbi propositi exurgat, & sine illâ non, 2. Cognitio Dei & Christi seu mysteriorum, quæ cognitio assensum non præcedat, verum ex illâ sequatur, 3. Fiducia: Idque propterea. 1. Quia illa notitia in S. Scripturâ vocatur, auditus verbi divini. Hunc autem non esse fidem, sed fidem ex auditu provenire; Rom. 10. v. 15. 2. Quia multi verbum Dei audiant, qui tamen non credant, neque ad cognitionem veritatis perveniant, Rom. 10. v. 16. 2. Tim. 3. v. 7. v. g. Celsus, Porphyrius, Julianus Apostata aliiq; hostes Christianæ religionis; 3. Quia cognitio veniat ex verbo, verbum autem recipi fide seu assensu? Negatur, & retinetur communis nostrarum Ecclesiarum sententia de tribus fidei actibus scilicet 1. notitiâ seu cognitione, 2. assensu, 3. fiducia. Conf. Dn. D. Chemnit. p. 2. L. C. p. 300.


7. An falsum sit, inhabitationem Dei in fidelibus, ceu templis suis, in quantum à præsentia Dei universali, quâ cælum & terram implet, discernitur, notare etiam specialiore substantiæ divinæ
pro.

propinquitatem, præter internam & spirituales
operationem? Aut præsentia Dei gratiosa confi-
stat, ut distincta à generali Dei præsentia, tantum
in gratiosa & speciali Dei operatione in sanctis?
Prius affirmatur. Posterius verò negatur.

8. An unio ac communio fidelium cum Deo &
Christo consistat etiam in reali & arduissima con-
iunctione substantiæ illorum cum substantiâ Dei
& Christi etiam ut Hominis, ita etiam ut unio hæc
mystica cum Christi humanâ naturâ vivificâ, sit
medium, quo ipsa tota SS. Trinitas quoad substan-
tiam suam divinam nos inhabitat, semper tamen
cum verâ & reali distinctione personæ & naturæ
fidelium à personâ & essentiâ Christi & totius SS.
Trinitatis? An verò illa unio mystica consistat
tantum in largitione spiritualis gratiæ & dono-
rum cœlestiû, & an illud prius foveat Schwenc-
feldianismum & Weigelianismum? Prius
affirmatur, posterius ne-
gatur.

F I N I S.


SOLI DEO GLORIA!



m
fi.
m
s?

&
n
ei
ec
lit
n
en
æ
S.
at
o-
e.





C

CO



nom

3

frat

Do

ptis

& a

4

dica

S.

stian

6

Spir


tellig




11

VD 17 Z







I. N. I.
 GIUM GEMINUM,
Nimirum
 PRIMUM
 HOTINIANUM,
 DISPUTATIONIBUS,
 ALTERUM vero
 OPINIONIBUS,
 quae Ecclesia Christi turbatur,
 oppositum,
 DISPUTATIONIBUS,
 Propositiones, additae semper sive affirmativae
 negatione orthodoxae, propositis,
 In Usum
 ROSÆ JUVENTUTIS,
 anni 1655. semestri, in Academia
 Hassio-Gissenâ almâ,
 explicatum & pertractatum
 BERKORNIO, S. Th. D.
 Publico & Ordinario, Pastore &
 Intendente Gissenâ.
 G I S S E,
 E M L I N I A N I S, 1655.
1655 G. 2. 2. mo